Vt abſque vlla diſtinctione ordinum, & cenſus vnam centuriam.) in.

Sic diſtinctas centurias ſors ducebatur, cui *omnem* obringeret) omnium.

Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus plus *ad ſuffragium conſilij*) adhibet ad ſuffragium auxilij. O

Sub Seruio *lege* fuiſſe centum, ac decem millium æris) tegr.

Sanè niſi corrupti ſunt Plinij, Gellijque codices, nihil habeo, quod in tanta Auctorum diuerſitate dicere poſſim) Addendus ad hunc locum Feſtus in verbo, Infra claſſem, vbi cxx. milæria taxat cenſum, non primæ claſſis ciuibus; ſed ijs, qui claſſici, vel opulentes erant. Aſconius item lib. 3. in Verrem centum millia ſextertiorum ait, fuiſſe eorum cenſum, qui more maiorum cenſi dicebantur; ita vt idem non ſit cum taxatione claſſicum Seruij Tullij. Plinij locus non videtur aduerſari Liuio, & Dionyſio; nam loquitur de Romanorum Ciuium opibus, quæ, Rege Seruio, ſupra eam ſummam cx. mil. æris non fuit. Non enim hinc ſequitur Seruium primam claſſem ad eam ſummam definiuiſſe; ſed nè maior c. m. eſſet. Ita etiam Gellius conciliari poteſt; nàm cum Feſto, & Aſconio aliud ſpectat. L

Tumque nominatim ſinguli appellabant, quem vellent.) Eumque. Alias.

In quo tabellam populo dederat) non.

Atque omnes rumuſculos populari ratione *occupanta*) aucupante.

Carbonis eſt tertia de iubendis, ac *legibus vetandis*) vetandis legibus.

T. Quintio *Flaminio* anno Vrbis 631.) Flaminino.

His duobus in locis agitur de comitijs tributis, quæ in foro habebantur) Ponderandus locus M. Varronis de re ruſt. lib. 1. cap. 2. qui corruptus eſt, & ope correctoris eget, vbi de Licinio Tribuno legem de vij. iugeribus ferente loquitur. L

Porrò autem ex eo Ciceronis loco ad colligo) Atticum.

Nàm in tributis *alius* fuiſſe poſtea oſtendimus) aliud.

Nec omittendum eſt, quod vocatas iam Centurias, reuocare erat in poteſtate) Verum eſt poſtulante eo, de cuius ſuffragatione agebatur, ideſt, eo, qui ſuffragijs iàm renunciabatur creatus Magiſtratus; nàm ità ex prædictis colligitur. Eo autem tacente, vel repugnante non videtur licuiſſe Conſuli, qui comitia habebat, reuocare Centurias, ſi ritè omnia adhibita fuerant, & ſeruata. L

Contra verò legem Centuria non accipi pronunciabatur) à.

Duumuirum naualem, *quæ* vt inauguraret Pontifex) quem.

Sed ſubindè alias, atque alias, quarum, vt quæque introducta) Centurias.

His expletis, quærendum eſt, poſtquam renunciata erat alicuius Centuriæ ſententia, an eædem tabellæ rurſus darentur diribitoribus) In hac non admodum neceſſaria quæſtione vtrumuis aſſeras, ferri non poteſt, nec video quid ex alterutra abſurditatis, aut incommodi oriri poſſit. Illud autem certum eſt, ſi tabellæ diribitoribus reddebantur, minorem earum numerum parari opus fuiſſe, cum eædem ſæpiùs diſtribui poſſent. Satis autem, ſi alteri Centuriæ non erant, ſupplebatur earum numerus ex ciſta, vbi recentium tanta copia ſeruabatur, quanta ſatis, ſuperque futura erat ſuffragantium numero. L

Si tantùm eductas de ciſta tabellas reddi diribitoribus oporteret) Non video quid prohibeat, quominùs etiam nouæ dentur, quo ad Centuriæ copioſior numerus ſingulas tabellas habeat. L

Quæ ſi apertè redderentur, quomodo ſuffragium cuiuſque occultum eſſe potuit) Poterant tabellæ retentæ à ſingulis in ciſtas ad id paratas conijci, indéque à miniſtris ſumi, & diſcerni, & ad diribitores iterum referri. Neque hinc ſuffragia cuiuſque indicabantur, cum confuſè, & quod veriſimile eſt, nullo præſente cuſtode in ciſtam conijci poſſent. L

Hinc rurſus perferenda erat ciſtella per omnem Centuriam; quæ omnia abſurdiſſima ſunt.) Poſt datam tabellam, ideſt, poſt ſuffragium, quæ erant reliquæ in manibus Centuriæ tabellæ, poterant in exitu pontis hinc, atque indè, ideſt, dextra, & ſiniſtra locari aliæ ciſtæ, in quas conijcerentur, ſed nimis anxiè de rebus huiuſmodi quærimus, & vſus docet nos non ità fuiſſe difficile, quod Gruchius ob difficultatem maximè repudiat. Retentas aliquas in manibus ſuffragantium tabellas poſt initium, latumque alicuius tribus ſuffragium conſtat ex Var. lib. 3. de re ruſt. cap. 2. L

Quomodo in anguſtis pontibus tot homines conſtitiſſe probari poterit) In pontium longitudine ità poterant deinceps diſponi, vt nihil propte-

rea

rea impedirentur Centuriæ suffragantes. Præterea non video cur DCC. numerum tanquam absurdum metuat, cum vnicuique tribui viceni diribitores essent. L.

Vt duodecies multiplicetur numerus tribuum, aut ita) atque.

Verum illa in *genere* dicta non nihil habent) genere.

Ad extremum examinandus est nobis locus Ciceronis ex 2. Philip.) Videndus locus in Codice à Faërno emendato, vbi quæ Gruchio implicatissimam quæstionem ereant: planissima apparebunt. L.

Prima classis vocatur, renunciatur. *Deinde vt assolet, suffragia*) Deinde, ità vt assolet, suffragatum secunda classis vocatur. Ita hunc locum restituit Antonius August. & Faernus.

Hoc erat populum necessitate obstringere, vt non *potest*, si vellet) possee.

Dum legem tot centuriæ ex hac classe *acceperint*) acciperent.

Cap.5. In lucum Petelinum extra portam *Fermentariam*;) Flumentanam.

Cap.6. Velut infausta appellatione *damnatur*) damnarunt.

Vnde apud Liuium sæpè reperitur mentio comitialium dierum, vt lib, 3.) decad.

Nundinarum dies non inter ferias *relit*) retulit.

Lib.2. cap.1. Sic enim legitur in omnibus codicibus rectè nè, an secus, postea *videmus*) videbimus.

Palatinam, Suburranam, *collatinam*, Esquilinam) Collinam.

Iam verò, si eadem fuissent *Centuriata*, & Tributa comitia) Curiata.

Qui superiorem numerum reliquit; *se* duabus tribubus addidir) sed.

Resque censemus fuisse Velinam, & Sapiniam) Easque.

In illa verò opinione etiam Dionysium fuisse ex eo colligi) Vide Carolum Sigonium lib. 1. de Antiquo Iure Ciuium Rom. cap. 3. vbi longissima disputatione rem explicat. L.

Vt *intelligendi post eo*, (quod scribit Liuius in fine libri primi) intelligi potest ex *sed*, vt idem Liuius ait, vis suffragiorum penès primiores erat) vbi. L.

Postrema ratio ducetur ex loco Ciceronis lib.4. Epist. ad Attic.) At ex hoc ipso Ciceronis loco ad Att. videtur argumentum eodem modo sumi posse. Si enim licebat Consuli in Campo Martio comitia habere, ergo Centuriata erant; non tributa. Et tamen non fuit in vtrisque eadem ratio, vt videbis infra, vbi de loco tributorum agitur. Poterant enim tributa comitia tàm in Campo Martio, quàm alibi haberi. L.

At illa ædilium comitia habiturum se in comitio dicebat Metellus) Si postulabat Metellus, vt in foro postridie sibi obnunciaretur; (se enim hora prima in comitio futurum pollicebatur) cur eam rationem fuisse nè in Campum descenderet comminisceremur, quæ nulli vsui futura erat? Cum æquè facilè posset in foro, & comitio obnunciari, atque in Campo, & inter eundum in eum? L.

Vna dicitur ex eo, quod Cicero in 2. orat in Rullum dicit Patricios) Vide supra; nàm aliter legitur ille Ciceronis locus, & necessariò etiam intelligendus est, ex quo loco malè intellecto, multa consequuntur implicata, & difficilia impedimenta tum ad Patricios, & Plebeos Magistratus discernenda, tùm ad bina comitia rectè diiudicanda, & explicanda. L.

Nàm centuriata lex Consulibus ferebatur, & cæteris *Patrijs*) Patricijs.

Verùm singulatim *subiecta probationes* fient apertiores) subiecta probatione. L.

Hine apparet; *quo* Triumuiri capitales primum creati) quod.

Qui quatuor primis legionibus præessent reperio; legiones enim tandem tena millia continere cœperunt) Falsum reperisse re facilè ex Polybio 6. fragmento constat. Vbi legiones quaternum millium, ac ducentorum numero definit, & tamen Tribunos senos singulis assignat. L.

Cn. Pupius, & Cœlo Quintius *Flaminius* ædem) Flamininus.

Id quod propter *magnitudinem deligendi*) magnitudinem periculi, necessitatemque deligendi.

Vt eam desponsam, non decretam videatur) habere.

Si nullum esset in Prouincia bellum, *quo ad naturandum* vegeret) quod ad maturandum.

Cicero Proconsul missus est, & Bibulus in *Cyriam*) Syriam.

Vt præter eos, qui Magistratus gerebant, *aliquid* singulari virtute, aliquis.

Qui tunc lex cornelia lata non erat) Quia.

Quia enim Prouinciam suam bellum gerere Magistratui non liceret) extra.

Quasdam Prouincias *Quæstores* tribuamus) Quæstoribus.

Cohorti Prætoriæ H. S. mille 635. millia) Rarus loquendi, & numerandi mos. L.

Lectisternio tunc primùm in vrbe facto,) Deos placauere.

Exitu anni & C. *Sertilius* Geminus Pont. Max. decessit) Sentilius.

Atque *illum* facile erit demonstrare) illud.

Q. Martius Rex & *Catinius* Labeo Trib. Pl. ad plebem tulerunt) C. Antinius.

Omnes v. & xxx. tribus, vti *rogata*; *insserunt*) rogas.

Cap.1. A. *Aterinus* legem Centuriatam tulerant) Aterius.

Polybius in sexto de Rep. explicat his verbis) Non videtur Polybius ibi ita posse intelligi, nec eius verba, quæ vulgò impressa habemus; possumus ad eum modum interpretari. Vide eundè locum Polyb. à Sigonio lib. 2. cap. 15. de Antiq. Iur. Ciu. Rom. L.

Qui quatuor ordinarijs legionibus præessent, singul

gnli singulis millibus) Neque hoc eo tempore verum fuit, cum legio qnaternum millium dncentorum peditum .ccc. eqnitum erat, vt Polybius ibi scribit . L

Candidatum ergo huius Magistratus nemo se profiteri iure poterat, nisi qui legitima illa stipendia confecisset) Ex loco Polybij supracitato, quia manifestum est, aut mancum esse, aut mendosum id asserere non puto viri religiosi esse: etsi alioqui res ipsa per se nequissima videri possit .. L

Idcircò, vt posset in id *collogio* cooptari) collegiū.

C. Valerius Tappo Trib.Pl.promulganit, vt ij suffragij lario) ijs.

Rogatio perlata est, vt Aemylia eribu) in.

Qnemadmodum de campanis equitibus scribit Linius) Dec.2. lib.8. & Dec.3. lib.2.

Vt docet A. Gellius lib.16. cap 13. & Asconius) In diuinat.

Alia erat, cuius meminit Appianus lib.2. bell. ciuil.) 39.

Certum enim est ex Suetonio in Cæsare post eam legem) cap.3.

Nàm lib.8. dec.1. legimua *Lanuinos*, Aricinos, Nomentanos) Lanuinos.

In amicitiam adduxi concessa eis *συμπολιτεία*) *ἰσοπολιτεία*

Cap 4. Hoc igitur Tributis etiam comitijs conuenlebat, vt auspicia hactenùs seruanda essent) Abutitur anspiciorum nomine Gruchius; ideo rem impeditam implicatiorem multò reddit. Vide quæ notaui infra . L

Vndè sequitur his etiam comitijs *locum* obnunciationi parendum fuisse.) <

Neque Cicero diceret Vatinium contra legem Æliam, & Fusiam fecisse) M. Cic. post red. in Senatu ita ait. Quo inspectante, ac sedente legem Trib. pleb. tulit; nè auspicijs obtemperaretur, nè obnunciare concilio, aut comitijs, nè legi intercedere liceret, vt lex Ælia, & Fusia, nè valerent, quæ nostri maiores firmissima præsidia Reip. contra tribunicios furores esse voluerūt L

Et Clodius Inirio sui tribunatus legem tulisse legitur, nè obnunciationi sibi parendum esset) Et hoc falsum omninò puto, vt Clodius legem tulerit obnunciationi sibi non parendum esse. Multò enim verius, prudentiusque scripsisset, Clodium legem tulisse; nè cum ipse cum populo ageret, quisquam de cælo seruaret, aut si seruasset obnunciare ei liceret. Vide quæ notaui supra aliqua non contemnenda . L

Quamquam autem tributa comitia hactenus anspicio haberi debeant) M.Cic. lib.2. de diuin. Itaque in nostris commentariis scriptum habemus. Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. Hoc fortasse reip. causa constitutum est; comitiorum enim non habendorum causas esse voluerunt. Itaque comitiorum solum vitium est fulmen: quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuerit. L

Ex his Dionysii, & T. Liuii locis intelligi potest plebeios magistratus nulla auspicia) habuisse.

Adhibitis auguribus, pullarijsque vt in magistratibus maioribus fieri solebat) Pullarijs in auguriis necessariò vsos fuisse magistratus, qui cum imperio extra Vrbem essent sæpè legimus, in Vrbe verò auspiciorum causa pullarios adhiberi solitos in re publica, non memini legere. Lat.

Attamen si quo die creati essent, aut *fulgurassent*, aut tonuisset) fulgurasset.

Illud verò ità demonstrari potest ex verbis Messalæ apud Gellium lib. 13. cap. 14.) Messala, vt nihil omitteret, non modo magistratus creandi tributis comitijs, morem descripsit, sed etiam ius, & imperium qua lege acciperent, adiecit. L

Sed *iustius* Curiata datur lege) ius. Vide quæ supra notaui . L

Si igitur etiam auspicia tribueremus tributis comitijs proindè vt curiatis, profectò multò iustiora comitia fuissent tributa, quàm *centuriata*) Curiata. Fieri non potest, vt quod omninò falsum est, & absurdum, ità feliciter, atque artificiosè sustineri, aut defendi possit, vt tandem falsitas, absurditasque se ipsam non prodat. Alioqui Messalæ verba mihi necessariò postulare videntur, vt cum præcesserit, tributis comitijs Magistratus minores dari; si quid erat additurus, quod aduersaretur; comitia curiata, non legem opponere debuisset. L

Qua ex parte omnia comitia erant auspicata: ratione tamen legis curiatæ) Hoc puto falsissimum esse. L

Leges enim ex Senatus decreto ferri solitas) Vide supra, vbi citatur Liuius lib.8. dec.4. Nam ibi videtur oppositum statui . L

Aut verò, si ad eos spectemus, qui conuenire ad ea comitia) At.

Qui primùm *cuncti* vetum nè illum in campo per comitia) cunctati.

Si in crimen est, quia suffragium tulit) eo.

Ex hanc igitur distinctionem per genera hominum in libertinos) Et.

Voluerunt igitur hi Censores in singulis tribubus distinctionem esse inter ex causis) ciues.

Quia tamen fiebat sententiarum renunciatio) non.

Pronunciati erant Dijs ad fungendum Sacerdotium) Accepti.

Inaugurari antè competiores opportuisse, quàm de *bis* comitia haberentur) ijs.

Cap.5. Et leges ferè in foro latæ dicantur, quæ in comitio latæ erant) Videndus locus Varronis 1. de de rust. cap.2. de C. Licinio Tribuno pl. qui populum primus ad legem agrariam accipiendam è Comitio eduxit; in forum fortè; nàm locum puto mendo non vacare: primum in annorum calculo; deindè etiam in verbis Iugera forensia . L

Inermem, atque imparatum Tribunum alij gladijs *oriuntur*) adoriuntur.

Quod

Quod verò multa in comitio dici soletet, argumento esse possunt multa.
Quod verò etiam hoc tempore crearentur Tribuni milites & secunda(ex
Quibus Calend. Ian. magistratibus inibatur magistratus
Sed tempote, omninoque de tributis comitijs satis superque di... est) de
lib.3.cap.2. Iam v... o Cornelius Tacitus ... lib.11.) Tacit... alioqui testimonium ... sit faciendum quiuis mediocriter eruditis, qui annales legerit, facile iudicare poterit. In eo enim loco antequam Quæstore ... tinetur: ita scribit, Ac ne ætas quidem ... giebatur, quin prima inuenta consulatum, ... dictaturas inire... . Quod omninò falsum ... constat. L.
Tr. pl. etiam curiata iterum de eisdem iudicabatur Tributa plebeis Tum
Sed iustius Curiata datur l... .
P. æstertim-um secunda comitia reprehendi po... statem) reprehendendi
Si ergo Curiata comitia illa lege exclusa erant Legem Curiatam ferre, & comitia Curiata habere magistratibus creandis non arbitror ... esse; atque hinc oriri maximam eorum errorum par... ... anc comitiorum tractationem veniunt, supra etiam testatus sum. L
Cæteros autem magistratus ita creari solitos, vt imperium his con... daretur ... creandis magistratibus ... iam creatis imperio, aut potestate orna... lex ferebatur, quod necessariò et... ante fuerat, aliaque ratio ine... , quemadmodum M. Tullij verba in 2. Agraria intelligenda, & non corrumpenda essent, & qua etiam via, modoque Gellij locus restitui posset, vt sententiam Messalæ non repugnare cum veteri Rom. consuetudine intelligere possimus. Nam nulli dubium est Curiatis comitijs Messalæ ætate nullos magistr... mandari solitos, qui tamen populi suffragijs mandarentur, sed aut Centuriatis, aut Tributis. Quarè non ... legendum, sed ... opinor esse, vt idem dicat, quod Cicero, & alij, qui imperium curiata lege dari scribunt. I.
Legem curiatam Consuli ... opus esse) ferri.
Adeo ut non satis esset lex curiata omnium magistratuum communis ... vide quam latè serpat erroris exigua radix in principijs male intellectis. Nam hinc vides potes non bina, sed terna etiam comitia necessaria esse Gruchio L
Nec soluisse in singulos dies plusquam nouem numeros) nummos.
Veluti cum Ciceronis tra Asiaticæ diœceses ad Ciliciam Ciceroni tres.
Necesse enim erat suo ... ptu proficisci Apium) At Cicero de lege ... non autem de sen. consulto mentionem facit L
Vnde sequitur non fuisse curiata comitia, quibus ... Cur...) argu...

Patricijs negantibus C. Manlij Attelij, qui vnus ex plebe) Manlij vituli.
Tribuni appellati ad Senatum reiecerunt, Senatus populus populo) < L
Cap.2. Tùm igitur ea ratio inuenta est omnes ciues admittendi, vt illis ... i.
Vndè etiam Lælius apud Gellium. ait, Iustius lege) Vnde M. Valerius Messala apud Gellium ait Ius lege, Hinc ego ortam arbitror errorum om... tadicem, quod comitia, & legem eandem rem plerique esse tradiderunt, cum comitia creandis Magistratibus lex verò facultati, & iuri, & imperio mandando adhibetetur. L
Vt Cicero in Rullum ostendit cum ait maiorum institutio, populum binis comitijs iudicare de omnibus Magistratibus solitum Bina quidem necessario comitia iubebantur, altera magistratibus suffragio populi creandis, altera, quibus lex de ... imperio ... potestate ferretur. L
Non tàm in populi iuditio hæc sacerdotia fuisse dixi posset, dici.
Hoc modo dicere possumus, si qua adhuc essent iusta comitia) si qua.
Præsertim cum lege curiata iustius magistratum acciperent, quàm Tributa Non video quid tibi ea ratione videatur colligi posse, quod ad rem faciat. Sæpè legis curiatæ nomine pro curiatis comitijs abuteris; Tributam verò, quod etiam legem nominat, id verè est absurdissimum. L
Vt de ... adoptionibus cognoscerent) adoptionis.
Cap.4. Vt post illud tempus nulli designarentur magistratus comitijs curiatis) At si hoc retines in Gellij verbis mendum esse innixus, vel imprudens versus fateris; nam non iustius curiata ... ge datur, sed ius curiata lege, cùm magistratus comitijs tributis prius datus sit. L
Quid Ci... o ostendit cum probare legem de a... ione conatur.
Quæ nisi omnis erat quando erat, quando legem curiatam.) < L
Lex ... Cæcilia, & Didia ætate Ciceronis lata est anno Vrbis 15...) 656.
Cicero pro domo sua · Quod est Ponifices ius adoptionibus adoptionis.
In ... certo quoddam erat iuramentum à Pontificibus) certum
N... fortè ita quæ... itum est, num perturrari Re...) p... bari
Tum populus magistratu rogabatur, vti legem iuberet a
Cap.5 Curiata ... ita non fere poterant auspicato fieri nisi ... pomœrium) Vide quæso ... concludat ita fieri oportere, cum centuriata comitia in Campo Martio auspicato haberentur si ergo in curiatis auspicia adhibenda erant, cur non ibi quoque adhiberi, vt in centuriatis, poterant? L
Ex verbis Camilli concludi potest non ferè potuisse auspicato haberi, nisi in foro) Rem, vt puto

puto, veriſſimam, ita rationem ita colligendi falſiſſimam exiſtimo. L

In ea fori parte, qua erat comitium) in.

Cap.6. Quod comitiales dies *quando* à Numa inſtituti ſunt) cum. < L

Obſeruationes &c. In P. Cornelium Tacitum.

Editio Lugduni apud Gryphium 1542:

Lib.1. An poſtea cognitum eſt ad introſpiciendas etiam procerum voluntates *inductam* dubitationem) indutam. F

Vt diuideret, quæ ſeparati nequirent, ſed & ſua confeſſione argueretur) vt F.

Donec Heterius Auguſtam oraret, & *vſque* accuratiſſimis precibus) eiuſque. L

Plerique, vt nomini Cæſaris adſcriberetur. *Iulia* filius) Liuiæ: ſic infra initio. lib.5.

Antiquam, duramque militiam reuocabat *intus* operis, ac laboris) immitis. L

Ac rerum capitalium damnatos ſibi *iam miſcent*) immiſcent. L

Quæ ſtrenuè in prælijs feciſſet, & cui erant *donaria* militaria) dona iam. F.

Amiſſa magna ex parte, per quæ *geritur* humus, aut exciditur ceſpes) egeritur. F.

Nox vox, & mutui hortatus iuuabant) Nec. Aliàs.

Nè Clanis ſolito alueo demotus in amnem Arnum transferretur *idque* ipſis) id, quod. L

Lib.2. Laudatis pro concione victoribus Cæſar congeriem *armorum* ſtruxit) marmorum. Aliàs.

Lib.3. Iamque non modò in commune; ſed in ſingulos homines *lata* quæſtiones) latæ. L

Fine anni *Clutorium* Priſcum equitem Romanum) C. Lutorium. Ita Xiphil.

Igitur factum S.C. nè decreta Patrum ante diem ad ærarium deferrentur) decimum; ſic infrà Xiphil. in Tiberio. Suet. in Caligula cap.29.

Igitur petito paucorum dierum interiectu defenſionem ſui deſeruit *auſit* ad Cæſarem codicillis) miſſis. L

Vt Pontificis Maximi *arbitrium pluſquam* binoctiũ abeſſet) arbitrio nè pluſquam. L

Lib. 4. Quinquaginta hominũ millia eo caſu debilitata, vel obtrita ſunt) Viginti millia perierunt ex Suet.

Qui Dux gentis Ethruſcæ cum auxilium *appellatum ductauiſſet*) appellatus tuliſſet. L

Lib.5. Iulia Auguſta mortem obijt ætate extrema) Iuliam, non Liuiam Auguſtam ſcriptum hic, & alibi ſæpè reperies, quod Liuia in familiam Iuliorum, & nomen Auguſtæ aſſumpta fuerit Auguſti teſtimonio ſupra lib. 1. Plin. lib. 10. cap.55.

Neque diſcernetes alienos à coniunctis, amicos ab ignotis, quid *repens*) recens. L

Nè fœminæ quidem exortes periculi, *qua* occupandæ Reſp.) quia. L

Vnicio oppidanum genus: *Callibus* ortus, patre, atque auo conſularibus) Calibus. F

Magnitudinem pecuniæ *malo vertiſſe, aurariaſque* eius) malè vertiſſe, aurarias. L

Inſenſare pabula ac ſæpè *modum* obſidij ſtationibus cingebat) Ideſt in modum. L

Qui Euphrate, & Tigre *inclutis* amnibus circumflui) inclytis. L. Alij legunt. Incluſi amnibus circumfluis.

Lib.11. P. Cor. Taciti ab exceſſu Diui Auguſti Annalium lib. XI.) Cornelij Taciti Hiſtoriæ Auguſtæ lib.11. Actorum Diurnalium. V.C.

Conſurgunt Patres, legemque *Titiam* flagitant) Cinciam legem, qua eadem cauebantur. Vide apud Cic. 2. orat. vt fortaſsè, & hic Cinciæ pro Titia ſcribendum videatur. L

Quod ij in nullius mercedem *negotia tueantur*) negotiantur. V. C

Meminiſſent *V. Galba* C. Aſinij, & Meſſalæ) Galli V. C

Ne in *morte* parentum pecunias filijs familiarum) mortem. L

Eodem anno Cheruſcorum gens regem *Romæ* petiuit) Roma; vt infrà lib. 12.

Poſſe extimeſci, inſ... alimonia, eruditio, cultu) Po...

Aduerſa in Remp. *caſura* cum proſperè egiſſet) vſura. V. C. cenſura. Aliàs.

Foſſam produxit, qua *incerta Oceani vetarentur*) vectarentur. V. C

Quid ſi memoria eorum *inoriretur*, qui Capitolio, & Ara Romana) moreretur, vel memoretur. V. C

Manibus eorundem *proſtratis*) per ſe ſatis. V.C.

Inſignia patrum decora, *magiſtratuum nè* vulgarent) magiſtratuumue. V.

Libertinorum filijs magiſtratus *mandati*, non vt plerique) dari. L

Quo cenſa ſunt ciuium XIX. centena, & CXLIIII. millia) Locus Seruiorum vitio corruptus, vel legendus LXIX. centenamilia, & CLXIIII. vel LXIX. centena, & XIIII. millia. L

Quibus fatentibus *tùm* certatim cæteri circumſtrepunt) < L

Et aliquando ira: *tanta* inter extrema ſuperbiam agebat) tantùm. V. C

Lib.12. nunc ad temporum ordinem redeo. *T. L.* Claudio) TI. L

Ita tributa in quinquennium remiſſa M. *Aſilino* M. Acilio Coſſ) Aſinio.

Lib.13. Quod viſum arceret, *aditus* non adimeret) auditum.

Quidam per iuuenilem licentiam *qua* tunc paſſim exercebatur) quæ

Lib.14. An fœcunditatem, & *verum animum* timeri) vterum annuum. L

Exitium Senatus; ac ſibi cauſam periculi fecit) Exijt tùm Senatu.

Vndè etiam *robori* mihi eſt, quod præcipuus charitate) rubori. F

Muſo-

Musonium Thusci generis constantiam opperiendæ mortis) Musonius Thuscus philosophus. Philost. in Apol.vita lib.4.cap.12. facit eum Babylonem, Suida Vulsiniensem. L

Lib. 15.Plusque infamiæ id incendium habuit, quia ' prædijs Tigillini) à. F

Lib.16. Statuas, & picturas euehere *inuitam* omiserat) inultam. L

Et quantum *nunc* sæuitia accusationis permouerat) misericordiæ. F

Hinc multa desunt) Idest, annorum duorum gesta. L

Lib. 17. Et statim *missa cohorte in Sarmantarum* ac Suecorum gentes) amissa cohorte Sarmatarum. L

Lib. 18. Nec minus *inhumana* pars viæ) inamœna. L

Abijt iam, & transuectum est tempus, quo posset videri *concupisse*) concepisse.

Lib. 19. Transfugisse classem, *inopia commeatuum*, aduersus Gallias) in arcto commeatum.

Mox conuersus ad singulos *non* secures, dolabras, & cætera) nùm. L

Vbere agri annexu, connubijsque gentium) Vbere agri; annexu, connubijsque gentium. L

Vt nube atra diem *abtunderent*) obtenderent.

Lib.20. Patibulo affixus in ijsdem annulis, quos acceptos ' Vitellio gestabat) à.

Vastatam Italiam, capi *cum* maximè vrbem) tùm.

Lætum militibus idem *nomen*) omen. L

Quem locum magna Treuirorum manu Valentinus insederat, montibus, *aut* Mosella amne septum) &.

Lib.21. Et *priuatis* vtriusque rebus militia clarus) prolatis. F

Eademque cura, & de infernis persuasio, cælestium contra. Ægyptij pleraque) Eademque cura de infernis, & persuasio cælestium. Contra Ægyptij pleraque. L

Magnisque vrbibus habitatos fulminum *iactu* arsisse) ictu.

Pluribus persuasio inerat antiquis Sacerdotum literis contineri) Prophetas intelligit nomine Sacerdotum.

De moribus Germanorum.

Trans Lygios Gothones *regnantur*, paulò iam addictius) regnant, vt

Dialogus de Orator.

Aureum sæculum, & Oratorum, & criminum *impos*) inops.

Atque vnum Galbæ, & Othonis, & Vitellij *vnum* anum) < L

Sed marmore nitent, & auro *radiantur*) radiant. L

Vetere antiqua libertate, ' qua vel magis degenerauimus) à. L

Si in forum omnibus artibus armatus exierit) Sic.

Vt in actionibus eorum *fex* quoque quotidiani sermonis) vix. L

Eo acrior qui pugnas sibi asperas desumpserit) Et acrior, qui cum. L

Tantò altior, & excelsior, & illis *nobilitatus criminibus*) nobilitata discriminibus. L.

Quæ etsi nunc aptior est, ita erit eloquentia, tantò illud) Quæ vti nunc arctior est, ità erit eloquentia. Antea illud. L.

Apud quos quantò maiora negotia olim exerceri solita *sunt*) sint. L.

Annotationes Andreæ Alciati.

Lib. 1. Denis in diem assibus animam, & corpus æstimari) Locus Taciti, si cum Plin.lib.33.cap. 3. conferatur nihil habet obscuritatis. Neque enim quæ hic scribit Alciatus, aut quæ in epistola nuncupatoria Aemilius Ferretus, satis mihi faciunt; non enim denarium scribit Tacitus militibus datum; sed denos asses singulis pro denario. Cum enim, vt ibi ait Plin. militibus pro denis assibus solerent denarij dari, hic contra pro singulis denarijs, qui sexdecim assibus æstimabantur deni dabantur asses, fraudabantur itaque milites, sexque assium iacturam in singulos quosque denarios faciebant. Quod in menses auctum ampliùs tertiam stipendij partem auferebat. L.

Fesulam, quàm *φαισύλα* Theon appellat) *φαισόλα*.

Quapropter helleboro indigere arbitror, qui *Eluentiam* dicunt.) Fluentiam.

Annotationes Aemilij Ferreti.

Lib.1. Adulatione deterrentur) Adulatione multorum adeò in immensum excreuit Principum superbia, vt se tanquam Deos coli iuberent; indeque factum, vt de se nihil scribi paterentur, nisi falsum, cum eorum scelera tanta essent, vt nullum præterea bonis scribendum argumentum esse posset. Deterrebantur ergò, quia non poterant animum inducere, vt adularentur, quod plerique faciebant. L.

Denis in diem assibus) Vide quæ notaui in Alciati annotationibus suprà. L.

Lib.2. Decumana porta. Hæc porta, quod *auersa* erat hostibus) aduersa, ex Polybio. Decomana potest à decimis signis, vt quintana via à quintis appellari. L.

Lib.4. Hi fortasse sunt, quos Pisis Bufalos appellant vulgò) Vt rerum ignari facilè errant. Veri uibilminùs, quàm bubali sunt. L.

Obſeruationes &c. In Valerium Maximum.

Edito Antuerpiæ ex Officina Plantiniana 1585.

Lib. 2. cap. 1. nu. 3. Qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret) Qui poſt depoſitæ Virginatis cubile in publicum egredi neſcirer. V. C.

Multorum matrimoniorum experientiam, quaſi *illegitimæ*) legitimæ. L.

Num. 4. Quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei) ne. L.

Num 5. Nulli enim tunc *ſubſeſſores* alienorum matrimoniorum) ſubſeſſorum. V. C.

Num. 9. Breuique progreſſu morarum in lucem virtutum verecundia, & laboris meditatione, ipſi doctiores eunt) Breuique progreſſu rerum in luce virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione ipſi doctiores erunt. V. C.

Cap. 2. num. 6. *Quum* comitia in humillimi cuiuſque poteſtatem redacta *accenderant*) Quia. V. C. accenderat. V. C.

Cap. 4. num. 5. Eò vndè *fumus erat obortus*, iam lætior pertulit.) ſumum erat obtutus. L.

Cap. 6. num. 8. Et ſeptem neporum grege ſuperſtitem relictura *permuto*) præmitto. L.

Lib. 6. cap. 2. num. 3. Deuictæque Carthaginis ſpolia, ac duorum regum) auita. V. C.

Tunc totius fori *frementis* ora clauſerunt) prementes. Aliàs.

Lib. 8. cap. 13. num. 7. Sed multò liberaliùs Xenophon, cuius περὶ πλῶν legitur) πεζὶναυς, vel πέπλων. L.

Lib. 9. cap. 12. num. 8. E. T. Haterius Eques Rom. inter vium Veneris) pueritis. L.

Interdum *quædam immerentia* ſupremi ſati titulum occupant) quæ immerentia fuit; L.

Cap. 13. num. 3. Ita *vt* viuam dabo, <L.

In Stephani Pighij Annotationes.

Lib. 2. cap. 2. num. 14. In manuſcriptis omnibus *accenderat* legitur) Codex meus vetus manuſcriptus ita. Quia comitia in humillimi cuiuſque poteſtatem redacta accenderat. Quæ melior omninò lectio putanda eſt; nàm verbum *Accendere* ad turbam foſenſem refertur, vt comitia accenderet non ſeditionem. L.

Cap. 6. num. 9. Ἀκονιζέσθαι, ideſt, aconito vitam finire, ſic legendum, Κωνειάζεσθαι puto melius, vt verbum vſitatum; nàm aliud non legi. L.

Num. 14. *Ea mortua* inſertum videtur) Si quid hic mutandum eſt, certè illud potiùs videri debet, vt *aliquando*, non *aliquanto*, legatur, & tollatur verbum eius, quod redundat. Quid enim attinebat adder *aliquanto*, quod rem extenuat, ſi perſuadere vitæ contemptum ſtudebat? L.

Num. 16. Multò elegantius in manuſcriptis) Quod elegantiùs videri pronunciaſti, non videtur in dicta cauſa ſtatuendum. Quæſtum enim dotis cum corporis iniuria Valerius ita comparat; vt illuſtrior fiat turpitudo fœminarum, & dedecus manifeſtius. Lectio igitur retineri vetus debet, & indicari noua. L.

Lib. 9. cap. 5. num. 1. magis placet Vvincheliana, atque aliorũ codicum lectio *Parui enim habuit*) Nouum videtur. L.

Cap. 12. num. 4. Scribendum enim autumo; *Dum ſententiæ diriberentur*) Vt ſit latinum Diribere ſuffragia, & tabellas, non ideò latinum exiſtimandum eſt, Diribere ſententias, quód nuſquam legi. L.

Num. 5. Vox *puerilis* in Canchiano omittitur) Et hoc relinquendum maximè erat: cum præſertim ſequens Plinij exemplum pantomimi mentionem faciat. L.

Num. 7. In Campenſi *Eleonis*; ſed in Vvincheliano magis correctè *Cleonis*) Andabatarum morem imitari eſt, lectionem mutare tam temerè: quid enim prohibet Diogenem alium Comæ fratrem fuiſſe? L.

Ibid. Sic enim hunc Ducem apppellat etiam *Liuius lib.* 56.) Florus epit.

Obſeruationes &c. In C. Criſpum Saluſtium.

Editio Veneta Aldi 1521.

De Coniuratione Catilinæ.

Eadem quæ cæteros fama, atque inuidia vexabat) Eadem qua. O.

In caſtris per laborem, & *vſu* militiam diſcebat) præliandi vſum. L

Nationes feræ, & populi ingentes vi *ſubacti*) ſunt. L.

Cuncta maria, terræque *patebant*) parebant. F.

A priuatis compluribus ſubuerſos montes, maria *conſtructa* eſſe) conſtrata. L.

Viri pati muliebria, mulieres pudicitiam in propatulo habere) Viros. L.

Omnium *flagitiorum, atque facinorum* circum ſe tanquam ſtipatorum cateruas habebat) flagitioſorum, atque facinoroſorum. L.

Ità conſcientia mentem *excitam vaſtabat*) exagitatam vexabat.

M. Porcius *Lecca*, L. Beſtia, Q. Curius) Læca. Pyrrhus Ligorius amicus meus affirmauit mihi Romæ anno 1552. vidiſſe ſe numiſma vetuſtiſſimum (antiquitatũ enim Vrbis vnus omnium ſtudioſiſſimus ſemper fuit) in quo erat ſcriptum, M. PORTIVS LÆCA. L.

Cum ad iuſiurandum populares ſceleris ſui *addiceret*) adigeret. F.

Aperuiſſe conſilium ſuum, atque eo *dictare* fecitſe) dictaſſe. L.

Neque

Neque *insomnis*, neque laboribus fatigari) insomnijs. L.
Incendium meum ruina *restinguam*) vestra extinguam. L.
Quæ maiores nostri contra libidinem animi (*sui rectè*, atque *ordine* fecere) laudabiliter. L.

De Bello Iugurthino.

Cuius in Africa magnum, atque *latè imperium valuit*) latum imperium fuit. F.
Ac maximè deberi mihi beneficia à populo Romano, quibus non egerem) vtinam. L.
Sed ea si desideranda erant: vti debitis vterer) Secundum ea vti debitis vterer. Prisc. 14.
Qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, secundo mari) Puto *secundo mari* dictum pro secundum mare; nisi quis velit interna maria, vt ex Mœotide ortum ducentia, (id quod verum esse putauit Polyb. lib. 4. & Plinius sentire videtur lib. 4. cap. 13.) in oceanum per fretum Gaditanum influere. L.
Bis per secessionem armati Auentinum occupauere) Bis Auentinum occupatum, hoc verum est, si Pisonem sequimur, quem Liuius citat: Piso enim, vbi alij in seditione vxorum Sacrum Montem à plebe occupatum dicunt, ipse Auentinum asserit. Cæterum altera Auentini occupatio in electione Decemuirorum fuit. L.
Quo Populo Romano *dedisset*, nè vim) dedat se. F.
Tamen, quia mortis metu *multabantur*) terrebantur. F.
Atque populi *iniussum* nullum potuisse fœdus fieri) iniussu. L.
Elephantis, & parti copiarum pedestrium Bomilcarem *præfecit*) præficit. L.
Eumque *edocet* quæ ageret) docet. L.
Vbi vi opus erat, *cuncti* aderant) vniti. L.
Itaque Metellus pro tempore, atque loco paratis rebus *cuncta* mœnia) cunctis. F.
Quos socios insidiarum cognouerat, interfectis, *iram* oppresserat) rem. F.
Quæ dubia nisui videbantur, *potissimum* tentare) promptissimus. L.

De Oratione Philippi in Senatu.

Et ignoscendo *Populi R.* magnitudinem auxisse) Populum Romanum. F.
Hæc, atque illa tentans metuit otium, *edit* bellum) concit. F.
Præsidia deducta, atque imposita: ex libidine leges *imperantur*) imponuntur. F.

De Oratione Marci ad Populum.

Quo Tribunos plebei modò patritium magistratum) Quum. F.
Cum *tamen* qui his modis libertatem omnium æstimauere) tantum. L.

Hi profectò non ampliùs *possunt*.) præstant. F.
At & ignauissimi *quique* tenuissima spe frustrantur) quousque. L.

Ex Epistola Mithridatis.

Neque quicquam à principio, nisi *paruum* habere) raptum. F.
Regnumque Persidis *inclytis* diuitijs est) inclytum. F.

De Rep. Ordinanda.

Atque imperia *fortunam dono dare*) fortunæ dono dari. L.
Victoriamque Syllanam increpabantur, obliuio *abstulit*) intercepit. L.
Alij liberos armis contendere) Ac liberos Armis contendisse. F.
Ità bonis, malisque *dimotis* patenti via ad verum: perges) dignotis. F.
Et res nouas veteribus *acquirit*) accisis conquirit. L.
Ne illa egregia tua fama simul cum Vrbe Roma) Næ. F.
Quæ *dicta* pectore euoluat) meditata. F.
Si virtute partam victoriam more suo per *seruitium* exercerent) sæuitiam. F.
At Hercule nunc *cum* Catone. L. Domitio, cæterisque eiusdem factionis) à M. F.
Contra eam nixi *sua ipsius* consilia disturbauerunt) suamet. F.
Quo tibi Imperator maiore cura, *fideque* amici) fidique. F.
Sed vbi *gloria* honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit) ingloria. F.
M. Bibuli fortitudo, atque animi vis in *consulatum*) consulatu. F.

Porcij Declamatio in Catilinam.

Hanc verò *speciem* ità exanguem, ità consternatam) spem. L.
Cum hic itaque repeteret *memoriam* miserandam ignominiam.) memoria. L.
Dij *mortales*, quæ; clades ab illa feritate hominum) immortales. L.
Sed rursus *alio* furori accessit) aliud. F.

Obseruationes &c. In Philostratum Lemnium.

Editio Parisijs apud Beguin. 1555.

De Vita Apollonij.

Lib. 1. cap. 3. Commentarios huiusmodi, ab eo nondùm editos, Iuliæ Reginæ *totos* fecit) natos. F.

Cap. 10. His rationibus non ſecus ac pullorum *infernum*) infrenum. L.

Lib. 2. cap. 5. Imò verò & hoc per Iouem, inquit Damis, vt *declinem* locum) acclinem.

Cap. 6. Conijciunt autem indigenæ annos quinquaginta ſupra trecentos ab ea, quam diximus pugna) Si vera temporum ratio inita eſt, Tiberij principatu hæc geſſit Apollonius. Sed veriſimilius eſt lapſum eſſe Philoſtratum in annorum, ac temporum ſupputatione. L.

Sunt autem paluſtrium Elephantorum dentes liuidi, rari, *tractuque*) tractatuque.

Cap. 7. Naturali quadam prudentia, ac ſapientia *facient*) faciunt.

Verùm non * Elephantis dumtaxat hoc eſt) de.

Cap. 8. Ignotum erat *in* fluminis altitudinem) an

Cap. 12. Neuè ab eorum parentibus vſque ad genus tertium *rurſus*) ſurſum.

Cap. 13. Conſulenti autem Regi, vt paternum * recipere tentaret) regnum.

Cap. 14. Poſiti autem ſunt inter Hypaſidem, & Gangen.) Philoſtrati duplex error in Hypaſi, fluminis deſcriptione hinc facilè deprehenditur, vt infrà lib. 3. c. 15. L.

Lib. 3. cap 8. Et olera congruo tempore *accedant*) accedebant.

Cap. 15. Apollonius autem dextera quidem Gangem, ſiniſtra verò Hyphaſim fluuios habens) Hypaſis Curtio, & Plinio. Bibaſis Ptolomeo. Hypanis Straboni; non ſiniſtra, ſed dextra potiùs deſcendenti ad mare Apollonio deſcribendus fuit. L.

Admirans Hyphaſidis fluminis oſtia, qui præceps, terribiliſque in mare defertur) Ecce autem aliud commentum, vt Hypaſis in mare influat. cum omnes in Indum exonerare ſe multorum dictum itinere à mari procul remotum ſcribant. L.

Lib. 4. cap. 11. *Vtroque* modo reſcribere ſatiùs eſſet) Vtro. L.

Cap. 12. Sed vt alios omittam Muſonius *Babylonius*) Vulſinenſem facit Suidas. vndè ſuſpicor locum corruptum,

Cap. 14. Ibi Nero, magnuſque Senatus, & *Romanus equitatus*) Equeſtris Ordo.

Nec tamen effugit Demetrius *quando* magnum pro ijs) quin.

Nec ioco quicquam notatione dignum *proferebatur*) proferebat.

Cap. 15. Qui Apollonium in iudicium vocarent *excuſationem facturum* de ijs) cauſam dicturum.

Lib. 5. cap. 3. Qui igitur *Iſpula* incolebāt) Hiſpalis.

Cum Bæticæ prouinciæ *profectus* ſæpiùs) præfectus.

Cap. 4 Et quamuis ea laudauerit non *iàm* imitari voluit) tamen.

Neuè incenſa, *ardenti*, *quod* facie cantet) ardentique:

Cap. 8. Rurſus interrogauit *quod* pro conſtruenda domo) quot.

Cap. 9. Sed quid ego Nilum commemoro apud *omnes*) homines.

Cap. 10. Modeſtus, & ciuitatum iuſtus gubernator, & tanquam *legimus*) legitimus.

His ſermonibus plurimum gauiſus Rex, *quam* auditis illis) quoniam.

O Iuppiter, inquit, * vt ego ſapientibus imperem) da.

Cap. 11. Victorem in Ciues Romanos temerè *debaccharium*) debacchatum.

Quam ſi popularem elegerint gubernationem) Quod.

Cap. 12. Primò quidem magno conſilio opus eſt, *vt* improuiſus) nè.

Pecunijs inſuper multis ad vires comparandas *egebitis* præſertim) egebit, is.

Lib. 6. cap. 1. Item de pygmæis, & *canicipibus*, quos Græci) canicipitibus.

Occidentale eorum occupat: *ſicut India. Id quod*) ſicut India id, quod.

Quàm vniuerſam inundat, ad Aethiopiam *ducit*) adiungit. L.

Cap. 2. Præclarus enim eſt, & modeſtiæ maioris *inditium*) inditium.

Cap. 3. Hoc ipſum ait Apollonius, quod adoleſcens ille operatus eſt) Quàm hæc parum deceant philoſophum (vt diuinum virum taceam) quiuis ſanus facilè poteſt intelligere. Lege quæ ſuprà ab Indis reſponſa ſunt Apollonio lib. 2. cap. 7. & infra lib. Euſeb. contrà Hieroclem lib. 6. Et videbis eum longiſſimè abeſſe ab ea diuinitate, quam Philoſtratus, & Hierocles ei conantur tribuere, L.

Cap. 7. Sublatis velis in altum pelagus nauim *deductos*) deducturos.

Cap. 8. *Verum*, inquit, Apollonius Aegyptiæ) Vereor. Aliàs.

Primum, quod non * magis in me redarguendo perſtiteris) pro

Cap. 12. Deque Nomadibus, Elephantophagis, Naſamonibus, *Androphagis*) Anthropophagis.

Cap. 10. Quaſi maius aliquid illic *conſideratus*) conſideraturus.

Lib. 7. cap. 4. Cum Nerua, & amicis eius habitis *excuſatione facturus*) cauſam dicturus.

Cap. 5. Si eum ijs loquantur, * in ea ſunt cauſa) qui:

Cap. 10 Eaque noctu à vobis fuiſſe perpetrata, *deſinente iam menſe*) ſilente iàm luna.

Lib. 8. cap. 2. in Marg. *[illegible] annuletum*) amuletum.

Si *indicijs* manifeſtum fit dicenti calumniam) iudicibus.

Cap. 7. Tùm verò ſcenæ, & gentes plurimæ partim *&* finitimis) ex.

Euſebius Cæſarienſis contra Hieroclem.

Qui ex Philoſtrati hiſtoria comparauit Apollonium Saluatori noſtro Ieſu Chriſto.

Lib. 1. Nàm *maximus* quidem particularia quædam) Maximus.

Lib. 3.

Lib. 3. A summo vertice *illum* tenus albentem.) ilium:

Quantò nos meliùs hæc, atque prudentiùs *admutamus*) admittamus.

Lib. 4. Quem lamiam, & *empusam* sapientissimus Auctor appellat) empusam.

Lib. 6. Quo in loco iubente, inquit, vno ex sapientissimis Nudis &c.) Hic omissa est iusta Apolloni, reprehensio, qui adolescentem Philisci necis reum, exulemque, ideo venia dignum apud Gymnosophistas vindicauit; quòd Thamus ex Philisci maioribus Gymnosophistarum regionem vastasset, quasi non summum iniuriæ genus sit aliorum errata, & scelera in posteris insontibus punire sapientibusque tribuere, vt priuatarum rerum causa, idest, suarum aliquod vltionis genus exerceant. L.

Obseruationes &c. In Polybij historiam de Romanorum militia à Iano Lascari Rhyndiceno latinitate donatam.

Editio Basileæ 1531.

Fol. 5. Ex ijs, qui decem reliqua, fecerint &c.) Reliquorũ aurẽ (idest, eorum qui dena iàm stipendia fecerunt) Equites quidem dena; pedites verò sena stipendia facere oportet necessariò, modo intra annum quadragesimum sextum ætatis consistant. L.

Fol. 4. Oὐ ἕα (ἐνδεὶ

Fol. 9. Aduocantque quàm sors assiduè præstulit) Et quaucunque sors prætulir primò aduocant.

Semperque in hunc modum *ad portionem*) pro portione.

Fol. 13. Constituto Præfecto, & mercedis *exhibitore*) Quæstore

Fortunæque per quam tenuis in *pilanos*) Velites.

Fol. 15. Quod si maiore numero constat) Quod si plures quaternis millibus sint.

Fol. 19. *Impactum* est singulis telum ferreum.) Præfixum.

Fol. 21. Velites autem, qui supersunt, æqualiter in omnes partes distribuere) Velites autem secundum numerum ad vnamquamque partem attinentes, æqualiter distribuunt omnibus.

Fol. 25. Sed in *subligaculis* periclitabantur) tunicis.

Neque propositum finem *collimare* poterant) attingere.

Fol. 27. Quod firmitate carerent, imbreque madefacti) distracti &.

Quam inuadendo stantes, *tentique* vtiles habentur) extentique.

Fol. 29. Constituti à *socijs* Principes, Præfecti appellati) Consulibus.

Fol. 31. *Ob hoc* etiam mihi videtur conuenire tempori.) Quamobrem.

Fol. 33. Quæ sit æquidistans lateri quadrati *præsepto*) prælecto.

Fol. 35. Vt totam romanarum legionum tendentium latitudinem *assiduè*) vsque.

Plerumque etiam *altitudinem* patem facere student) latitudinem.

Tàm longitudini, quàm *altitudini* addunt ad portionem) latitudini.

Fol. 37. *Præterquamquod* post prædictos equites vtriusque legionis) Cæterum.

Eo quod multitudine etiam dimidio pauciores *plerumque* sunt) omninò.

Fol. 39. Inter prædicta interualla duæ hæ perficiuntur *strigæ*) rursus.

Oppositum esse roti castrorum formæ) Totius figuræ faciem esse.

Fol. 41. Atque *vtrique parti* Imperatoris tabernaculo) ab vtraque parte.

Partim quæstori, eiusque *commeatibus* deputatur) penu suppe lectilibus.

Fol. 43. Verius transuersa valli latera locantur) Versus aspectum laterum valli locantur.

Apponuntur ijs vallum spectantes, qui eundem præbent) Contraiacent.

Productum per omnes antedictas valli partes) Protesum per prædicta omnia vsque ad vallum.

Fol. 47. Atque ea *innocua* serinè propter magnitudinem) innoxia.

Fol. 53. Fossæ, ac valli duo latera socijs curæ sunt) faciendi.

Fol. 57. Quanam ex parte tabella venerit.) non.

Fol. 59. Totum *interdiu* vallum circumsidentes) quotidiè.

Vt is *rdicat* antè prandium quatuor adolescentibus) clàm indicet.

Fol. 61. Primam visit vigiliam, qui eam visendam sortitus est circuit.) adducens secum testes ex amicis.

Fol. 63. Singuli *sub ipsam lucem* referunt tesseras ad Tribunum) prima luce.

Siuè delicto abeunt) sinè crimine, idest, impunè rursus abeunt.

Lapidibusque plerosque in ipsis castris *conijciunt*) obruunt.

Fol. 65. Nisi præceperint, *illis* circuitoribus) quid sit agendum.

Fol. 67. Similiter si quis telum aliquod ob metum abiecerit in ipso conflictu) Si quis armorum aliquid in ipso periculo propter metum abiecerit.

Alij in ipso periculo excusso clypeo, aut ense, aut alio quopiam eiusmodi telo temerè irruunt in hostes, aut in potestate habituros) Aliqui in ipso periculo scuto, vel gladio, aut aliquibus alijs armis temerè abiectis in hostes sese conijciunt, aut recuperaturos.

Et signa aliqua *cunctim* persuasione ducta) planè.

Fol. 69. Extra vallum, munimentaque *tendere* iubet) contubernia sibi facere.

Id, quod est receptum consuetudine, facit insuper) Id

Id ex moribus acceptum est. quod fieri maximè oporteret.
Productique qui aliquid præter cæteros.) Productisque qui egregij quippiam.
Et si cuius boni in eorum vita sit conscius, quod mentione dignum videatur) Et si quid illi in vita aliud memoria dignum boni causa egerint.
Gessum donat, *qui equo deiecerit*, spoliauerítque) qui confecerit. Vide nè idem sit Gessum, quod hasta pura. L.
Fol. 71. Viritim ipsi quippiam, ac voluntarii) Vt singularis certaminis periculum adeant, ipsorum aliqui voluntarij, consultoque.
Similiter etiā eos, qui *propugnauerint*) protexerint.
Tùm Imperator *indicat*, *insignesque reddit muneribus*) honestat muneribus.
Fol. 73. Pompas solemnes cum ostentatione, ac dignitate adeant) Cum pompas solemnes ostentant cum dignitate.
Eo quod solis licet *circumponere* ornatum ijs) indui.
Indicia propriæ virtutis, testimoniaque) ostendentes.
Apprimè conuenit, vt euentus etiam bellicarum actionum prosperi, celebresque sequantur) Meritò & euentus bellicarum actionum prosperi, celebresque sequuntur.
Ex tribus duæ fermè partes) Ex tribus duæ partes, cum plurimum.
Romanis tàm frumenti, quàm vestis, *armorumque si quis huiusmodi rerum indiguerit*) & si qua etiam armatura præterea indiguerint.
Horum omnium Quæstor *certum ordinatum precium eorum obsonijs subtrahit*) statutum precium ex stipendijs subducit.
Fol. 75. Detrahunt tentoria, componuntque sarcinas) vniuersi.
Sociorumque impedimentis, qui *agmen cogunt*) in extremo agmine constituti sunt.
Quod, si qua sit à tergo suspicio) leuis.
Fol. 77. Vtuntur etiam alio genere incessus temporibus *parum tutis*) periculosis.
Modò ad scutum declinantes, modò ad hastam producunt signa præter) Modò ad sinistram, modò ad dextram producunt signa extra.
Atque vna motione armatorum *ordo* recipit) globus.
Præter quam si aliquando hastatos euolutione vti oportuerit; iumentorum autem, cæterorumque ea sequentium multitudo post instructos sese subducentes locum obtineant In periculis competentem) Si quando autem explicari oporteat hastatos, tunc iumentorū, eorumque ea sequentium multitudo, post eos, qui instructi fuerint, se subducens, locum, qui periculo vitando sit aptus, obtinet.
Cap.3. At Voluſi Annales Padoam porgentur ad ipſam) At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam. Sic excuſi Aldi opera. Muretus poſt tertium eius verſus verbum aſteriſcum appoſuit, indicans in ſcriptis codicibus reliquam partem non haberi; ſed ſuppletam vario modo à multis fuiſſe. L

Cap.5. In eo igitur ita erat. Atque, vt inquit Piſo, benè curatam, ac veſtitam) Habe tibi hanc curatam lectionem. L

Cap.7. Hæc ratio ſuadere videtur, vt legamus apud Horatium Coctus) Et hic ingenio parcendum erat; non enim capitur aper, niſi fatigatus curſu, & venabulis confoſſus. Auſtro

vero

verò flaute, carnes putrefcunt facilè: Quarè lectio vetus omninò retinenda. L.

Cap. 8. Nec vnquam fuccurrit, vt ex Aues facerem Apes) Vera profectò, nifi alibi infectorum historiam priuatim tractaffet. L.

Cap. 9. In paludis nomine effingendo, ad quam Centenium) In paludis cuiufdam nomine, ad quam Cenienium. L.

Quæ eft hæc Pleftina palus? vbi nàm regionum fita?) Pleftina palus in Vmbria apud Pleftinos populos, vt fcripfit Plinius lib. 3. cap. 14. apud quem pro Pleftinis Peleftini legitur; regio, vel locus, hodieque Plefteia, vt comperi, appellatur vulgò. Inter Iguuium, Spoletum, & Fulginum, vbi Piologo vulgò oppidum, & chartariæ officinæ. L.

Quæ palus eft ad Circeios circa viam Appiam) Vmbriam ergo in Latium transfers. L.

Cap. 17. Et calamo *rediuiua* leui munibat arundo) redimita Cod. meus.

Cap. 20. *Euidentiſſimi* interpretis fententiam aduerfus) Eruditiſſimi.

Cap. 24. Quàm fi legamus Sutorium hinc habetur atramentum) Nihil muto: nam Sutorium atramentum gallam non recipit, cum ex chalcantho folo perficiatur, cum & nomen ipfum Latinis ferat. L.

Robertus Conftantinus gallam interpretatur ὀπάτην, ideft, fubulam; fed quo auctore?) Macrobio auctore, qui inftrumentum appellauit. Subigere autem propriè hic quoque dictum eft. Nam Virg. Aeneid. 7. an. Pars leues clypeos, & fpicula lucida tergunt aruino pingui, fubiguntque in cote fecures, & Georg. Non aliter quàm qui aduerfo vix flumine lembum remigijs fubigit. L.

Cap. 25. Vna non *latuit* parua) patuit. Alias.

Obferuationes &c. In Melchioris Guilandini Papyrum.

Editio Venetijs apud M. Ant. Vlmum. 1512.

Memb. 3. Fol. 51. Sicut fchedia pro eodem ἀντὶ τοῦ σχεδιάζειν) σχεδιάζων.

Fol. 52. Dummodo mihi, *mefque* permittant pauperes) meifque.

Fol. 56. An ad augendum rei famam librum *vocauit* partem) vocarint.

Fol. 58. Anatolius quoque apud Eufebium lib. 7. ᵛ ecclefiafticæ) hiftoriæ.

Fol. 61. Et decadis primæ lib. 2. *fædus* ictum) fœdus.

Memb. 7. fol. 107. Ex qua Theophrafti oratione facile eft cuiuis intelligere, qua ego ratione perfuafus, duo in Plinio verba fede non fua iacentia, aliò reponenda cenfuerim.) Et hoc non finè temeritatis vitio abs te factum videri poteft, cum non de ijfdem rebus agat Plinius, de quibus Theophraftus, qui bis radicum meminit; primum brachiali craffitudine, iterum λεπτάς. Quod fi tu feptem cubitorum longitudine papyri fcapos inuenifti, quid vetat aliquando vfque ad decimum peruenire potuiffe vel lini altioris, vel pinguioris facultate? L.

Quarè cogitare *meam* cœpi, vel non intellexiffe Plinium) mecum.

Memb. 16. Fol. 172. Rurfus autem, quod pro Vim glutini præbent, repofuerim Vicem glutinis præbet) Et hic nouator vanus. L.

Propterea; quod qui antiquitus chartam concinnarent) Quis hic rifum teneat? L.

Memb. 24 fol. 202. Quod cedrium eft, & candelis ex eadem materia confectis) Quæ fint candelæ ex cedrio confectæ, cupio difcere ex te. Cedrio, vel cera, aut pice quoque perfundi, contegique poffe facile intelligo, ex cedrio confici nunquam audiui, aut legi. L.

Fol. 204. Externæ fiquidem impreffiones nè *malè* officiant) < L.

Numam obuoluiffe libros candelis cedrinis non ob aliã fanè quàm ᵛ retuli caufam) eam, quã L.

Fol. 206. Quicunque nobis hanc pro illa *obtundere* conati funt) obtrudre. F.

Obferuationes &c. In Carolum. Sigonium.

De Antiquo Iure Ciuium Romanorum.

Editio Venetijs apud Zirletum 1563.

In Argum lib. 1. Et quoniam cinis pars eft *ciuitas*) Ciuitatis.

Lib. 1. cap. 3. Ramnenfes Albani erant, qui ad tria millia peditum, ᵛ CCC) equites.

Cap. 3. Vt autem inter vrbanas fuburana primam fedem obtinuit) At non ita habet vetus marmor anno 1563. effoffum, & feruatur penes Rainutium Farnefium Cardinalem Ampliffimum, cuius fragmentum eft.

NVMERVS. TR.
QVIBVS LOCIS.
PSAL. HIIII. CLXXXXI.
SVC. HIIII. LVIII. IA-
ESQ. HCC. DCLXXVII A.
COL. H. CCCCLVI.
ROM. H. LXVI.
VOL. H. LXXXX.

Similis infcriptio habetur penès Gruterum, pag. 201. n. 10. Carolus Macius.

Quàmquam fcriptum nihil extat, poffumus fufpicari) Volfinienfes quidem Terentinæ vicinos fcribit Cicero pro Plancio L.

Cap. 4. Qui centum milia profeffione detuliffent) Vide quæ notata funt in Gruchio lib. 1. de Com. Rom. L.

Qui minore fumma, quàm centum, & viginti millium cenfi effent) Addo Gell. lib. 7. cap. 13. qui cxxv. M. æris fcripfit. Sed Afconius, Feftus, Gell. non de cenfu ad claffium diftinctionem à

 Ser-

Seruio inſtitutam; ſed ad appellationem Claſſicorum, id eſt opulentiorum referendi ſunt, quemadmodum etiam Plin. lib. 33. cap. 3. maximum cenſum Seruio Rege CX. M. fuiſſe eum ſcribit, non id voluit ſignificare, vt primæ claſſis ciues tantum poſſiderent, ſed neminem ea tempeſtate fuiſſe, qui maiorem ſummam in cenſum detuliſſet, id quod manifeſtè declarant ea verba, *Illo Rege*. L.

Cap. 9. Ex quibus *rebus* illud intelligi poteſt) verbis. L.

Ciui Romano * niſi cum ciue fuiſſe connubium) non. L.

Vnde Catullus: Flammeum cape) Comitabatur etiam ſponſam colus compta, & fuſus cum ſtamine, cuique id inſtitutum, & quando docet Plinius cum ſcribit lib. 8. cap. 48. Indè factum, vt nubentes Virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Plutarch. in problem. Rom. L.

Quoniam tertiæ noctis *poſterioris* ſex horæ alterius anni eſſent) poſteriores.

Vt aliarum rerum, ſic etiam vxorum vſucapionem fuiſſe) Conſiderandus Taciti locus lib. 13. vbi Poppææ ad Neronem verba refert. Si vltrà vnam, alteramque noctem attineretur, nuptam eſſe ſe dictitans, nec poſſe matrimonium amittere.

Cap. 10. Tamen auctoribus Pontificibus lex curiata ad populum à magiſtratu aliquo, vt à Cõſule, ferebatur) Sui videtur oblitus, qui auſpiciorum tantùm cauſa curiata adumbrata comitia relinquat, nec quidquam intereſſe putet inter comitia curiata, & legem curiatam. Vide infra notata cap. 17. L.

Cap. 11. Et quoniam ex auctione illa *dominum* ſibi iuſtum) dominium. L.

Hinc etiam auctoritas, *in* actione quæſitum dicitur) ius. L.

Quod æquabile, atque vnum omnibus eſſe poſſit) Quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus eſſe poſſit.

Nàm vt perueniat ad me fundus, teſtamento alicuius fieri poteſt, & vſucapio fundi) Nàm vt perueniat ad me fundus, teſtamento alicuius fieri poteſt, vt retineam, quod meum factum ſit, ſinè iure ciuili non poteſt: fundus à patre relinqui poteſt, aut vſucapio fundi.

Cap. 14. Et Cicero *in Planciana*: Illud quæro ſint ne iſta prædia) pro Flacco. L.

Duodecim *coloniam*, quod nunquam anteà factum erat) coloniarum.

Cap. 15. obſeruatum eſt præterea in legione * niſi ingenuos) non. L.

Nè quis antè *vnum* decimumſeptimum ad militiam cogeretur) annum.

Quæ iuniorum ætatem annis triginta definiuit) Triginta annorum tempus eſſe, intra quod iuniores appellantur, & militiæ nomen dare debent, certum quidem eſt; at non propterea triginta implere ſtipendia tenentur, ſed ea tantùm, quæ legitima eſſe placuit, quorum numerus qui ſit ex 6. fragmento Polybij, & ex Plut. in Gracchis, & Tacito in ſeditione Germanica, & Pannonica planè conſtare poterit. L.

Tres ſecundos ſecundæ, duos *obſequentes* tertiæ) ſubſequentes.

Vndè iuniores quatuor ætate, & corporis habitu ſimiles exercerent) Vide Polyb. nàm hic ordo non enumeratur planè.

Quibus prodeuntibus, primùm primæ legionis *tribunum*) tribuni.

Diximus de *vocationibus* militum, nunc de præmiis) vacationibus.

An verò ille ὀψώνιον (hac enim voce vtitur) pro integro ſtipendio accipiat, parum liquet) Quin liquet maximè ὀψώνιον integrum ſtipendium eſſe Polybio; at non vna eius pars, quæ ſingulis diebus duorum obolorum eſſe ſcribitur, integrum ſtipendium eſt, neque item tritici modij quatuor, qui pediti in menſes ſingulos dabantur, nec veſtis, aut arma, ſi quibus indigebant; ſed hæc ſimul omnia, quoad fortè ad xxx. denarios perueniretur, qui integrum ſtipendium efficerent; ὀψώνιον autem ſtipendium militare eſſe docet etiam Luc. cap. 3. vbi militibus vitæ formulam præſcribit. Itemque Paul. ad Rom. cap. 6. & 1. Cor. 9. L.

Adijcit Polybius, frumentum, veſtes, arma ſæpè militibus data) Sæpè non eſt apud Polybium, quin potiùs ex eius verbis certum tritici modum peditibus equitibuſque, & ſocijs præberi ſolitum intelligimus, cuius pretium & veſtimentorum, & armorum ex ſtipendio menſtruo detrahere Quæſtorum munus erat. L.

Vt torques, armillæ, * haſtæ puræ) phialæ. Nàm peditibus eas, vt equitibus phaleras Polybius donari ſolitas ſcripſit frag. 6. L.

Erant etiam, quæ vniuerſis, vt pecunia *: de coronis notum eſt illud Gellij) Vt ſingulis ſtici æris. Plin. lib. 7. cap. 28.

Aut ſi lentiùs animaduertere voluiſſent, principi ſanguinem miſſum) Aut ſi leniùs animaduertere voluiſſent in principijs ſanguinem miſſum. C.

Quem ſequutus credo Plinius lib. *XXX*. cap 3. ſcripſit) XXXIII.

Antias certè teſte Liuio, & eum ſequutus Velleius ducenties millies) Antias certè teſte Liuio lib. 45. & eum ſequutus Velleius millies ducenties.

Cap. 17. Vt enim curiæ, de quibus diximus; ſic etiam comitia curiata) Videtur ſui oblitus; hic enim adumbrata curiata ſemper in omnibus rebus fuiſſe definit. Supra verò cap. 10. clarè in adoptione omnia legitima ſeruata contendit; confundit autem ferè vbique curiata comitia, & legem curiatam, quod in binorum comitiorum quæſtione omnia adeo impedit, vt nullum exitum habere poſſint. L.

Nàm * centuriata lex cenſoribus ferebatur) cum. Ita legendus ex ſcriptis, vetuſtiſque codicibus. L.

Id quod eo grauius eſſe ſignificat, quod cum maio-

iores) Vterque mea ſententia fallitur in eo, quod comitia, & legem confundunt. Magiſtratuum creandorum comitia ſunt, vbi populi ſuffragio mandatur magiſtratus,qui tamen ſinè lege curiata,vel centuriata nõ geritur.In prioribus comitijs deſignandorum magiſtratuũ cauſa habitis, locum habebant prærogatiuæ tùm centuriæ, tùm tribus. Nec ideò, quod bina eiuſmodi appellat comitia Sigonius; tamen ad ius, & imperium mandandum non fuiſſe neceſſariam legem curiatam arbitror. L

Quia Gellius ſcribit minoribus Magiſtratibus, comitijs tributis, magiſtratum dari, ſed *iuſtius* curiatis) Hic locus, vt puto, corruptus rem obſcuram obſcuriorem facit; ego verò non *Iuſtius*, ſed *Ius* legendum eſſe arbitror. Nàm vt curiatis comitijs magiſtratus aliquando mandari ſoliti ſint, ità nunquam lege curiata magiſtratus; ſed ius facultatem, & imperium dari reperiemus. L

Ex tribus comitiorum generibus curiata, niſi primis temporibus) non

Pontifici Numa ſacra omnia exſignataque attribuit) exſcripta. L

Quin etiam tribunis pl.in comitijs *auſpiorum* vſum conceſſerunt) auſpiciorum.

Lib.2. cap. 2. Nondùm à Cenſoribus in ordinem Senatorum *electum*) adlectum. V.C

Narrat etiam Suetonius, Auguſtum equites in Senatum legiſſe) Conſiderandus locus Suetonij eſt; nàm lubricus eſt, & non ita explicatus à Sigonio, vt eam ſententiam manifeſto probet; latius autem attingendus erat; vt ex eius verbis certior ſententia elici poſſet. Verba verò Suetonij hæc ſunt, quæ mihi videntur aliud velle, quàm Sigonius. Comitijs tribunicijs, ſi deceſſiſſent candidati Senatores ex equitibus Romanis creauit; ita vt poteſtate tranſactâ, in vtro vellent ordine manerent. Vide Paulum Manutium de legibus in explicatione Atinii plebiſciti, vbi Suetonii, & Gellii locum, qui eſt lib.14. cap.vlt.nititur declarare. L

Cap.18. De qua *item* Pedianus) idem.

Cap.19. Nàm ad eam diem indiſcreti *ierant*) inibant.

De Antiquo Iure Italiæ.

Lib.1. cap.21. Quibus autem legibus *par* cuique data ſit) pax.

Gallico tumultu ſolam ſinè externis vllis auxiliis equitum *LXX*. millia) LXXX.

Narrat vbi quæ *Mærites*, Populonienſes)Cœrites, *Mamertes* Cumæque fœdere cum Romanis eſſent) Camertes.

Lib.2. cap.2. Indè poſt annos XVII. in conſulatu Ti. Aemilii) Cur verò Varronis locum, qui lib.1. cap.2. de re ruſtica eſt, non citarit quiuis facilè conijcere poteſt, cui modo locus ille diligentius examinatus eſt. L

Neque verò ità multò poſt Licinius ipſe ſua damnatus eſt) lege.

Cuius meminit lib.3. Polybius, & *præter* poſt Polybium) <

Cap.5. Deindè anno *CCCXVXVII*. L. Sergio Fidenate) CCCXXXVIII.

Antiatem, Anxuratem, *Cinturnenſem*, Sinueſſanum) Minturnenſem.

Caſtrum nouum, Pyrgi; Antium, Terracina, *Cinturnæ*) Minturnæ.

Ariciam, & *Lauinium* referant) Lanuuium vbique ſcribendum puto. In Lanuuij, Lauiniique nomine à multis puto peccatum ſæpè eſſe ob litterarum, locorumque vicinitatem; cum ea ſit, mea ſententia, expeditiſſima huius ambiguitatis expediendæ ratio, quod vt Confinium Confinienſes,ita Lauinium Lauinienſes facit, niſi apud poëtas Lauinius reperiatur, Lauinii autem oppidum ea coniectura ducor, vt poſt Coriolanum breui interierit, quod nuſquam eius extet mentio poſt ea tempora, cum præſertim prodigia diligentiſſimè adnotata reperiantur in his vicinis Vrbi locis; Lauinii autem nulla mentio ſit in tanta annorum obſeruata ſerie. Hanc per ſe lubricam errandi occaſionem Græcorum ſcribendi latina nomina vſus maximè auxit. Quia enim illi litteram V. conſonantem non habent in iis nominibus ſcribendis, quæ neceſſario ipſam poſtulant, fuerunt varii,& inconſtantiſſimi. Si quis autem obiiciat Lanuuinos municipes,non colonos fuiſſe,facilè ex eadem Epitom. rem hanc ita eſſe defendes. Nàm ibi Antium, Ariciam, & Lanuuium coniungit, conſtatque eodem iure fuiſſe omnes eodem tempore donatos, vt habes infra cap. 9. & impropriè colonos in Epit. nominatos eſſe vt noſtri temporis Eruditis Viris ingenioſè videtur, & fortaſsè etiam verè. L

Obſeruationes &c. In Lazari Bayfij Annotationes de Re Veſtiaria.

Editio Baſileæ Anno 1537.

Cap.7. Neque enim tàm frequens erat *vſus* panni aurei temporibus illis) Pãni nomine abutitur. L

Quibus verbis Gellius noſter cenſet elici poſſe vnicum tantùm clauum purpureum) At videtur verius eſſe vnius tantùm generis clauos plures ordine diſpoſitos, certiſque interuallis fuiſſe; Et Quintiliano non placere diuerſi generis clauos iuleri. L

Cap.9. Quibus verbis apparet, cum quis Tiberii veſtimenta comprehendiſſet, abiecta toga eum aufugiſſe) Non videt eadem ratione plures togas potuiſſe quem ferre, cum τῶν ἱματίων comprehenſionem, togam abiectam diſſoluiſſe demonſtrat, cur non eodem modo τῶν χιτώνων

Poſita verò *præxta* virilem togam ſumebant Romani) prætexta.

Cap.

Cap.17. Omiſeram dicere veſtem aliquando poni pro panno) Pannum hic accipe vulgari more pro tela alioqui pannus latinè, idelt, quod Græcis ῥάκος, ideſt, fruſtum veſtis attritæ. L

De Vaſculis:

Author Plutarchus in libello de cohibenda iracundia) Aut qui nunc nobis eſt Plutarchus iſta habere deſiit; aut alibi legeris neceſſe eſt. L

Obſeruationes &c. In Diodorum Siculum.

Editio Lugduni apud Gryphium 1552.
In Proœmio.

Hi primùm libri ſex à Poggio Florentino latini facti ſunt, qui tamen poſtea mirè corrupti ſunt. Eos nos alicubi ex Vaticanis Codicibus manuſcriptis reſtituimus. L

Nàm *qui* multarum experimenta rerum variis cum laboribus) quæ.

Lib. 1. cap. 4. Cum palàm ſit omnibus propter caloris intemperiem, *aut in Aethiopiam niuem non eſſe*) impoſſibile, aut in Aethiopia niuem eſſe. V. C

Impoſſibile enim videtur ex oppoſito nobis orbe flumen, ſi quidem terra rotunda eſt) Falſa opinio Diodori. L

Vt hyeme paruus, compreſſuſque propter terræ caliditatem conſumptam, cum Aegyptus plena humiditate exiſtimat: æſtate cum Aegyptus pluuia careat terra minimè aquam abſorbente, nullo impedimento augeatur) Vt hyeme paruus compreſſuſque propter terræ caliditatem conſumpta, cum Aegyptus pluuia careat, humiditate exiſtat. Aeſtate verò terra minimè aquam in locis profundis abſorbente, flumen nullo impedimento augeri. V. C

Lib.2. cap.1. Aegyptum omnem in ſex, & triginta regiones (quas leges dicunt) diuidens) Νόμους Regiunculas,& præfecturas vertit Plin.

Cap.2. Aedificauitque ' pyramidum maximam inter ſeptem præclariſſima opera) trium.

Lib.3. cap.12. Quidam ferendis oneribus apti ſupra decem frumenti *medimnas*, homines verò quinque in lecto iacentes vehunt) medimnos.

Lib.4.) Tertius eſt in Codice græco excuſo, L

Cap.1. Adeo arctè, ſummaque vi, vt *ſpumantes* beſtias) ἀφρίζοντας ſudantes. L

Lib.11. fol.498. His acceſſi auditis milites, nocte *coſpicato* agmine) conſtipato. L

Fol.500. Illius namque fortuna; *cuius* ratio, & diſcretio rerum) huius.

Fol. 507. A tentata impiè, *nauc qua* ſuppellectilis ſpoliatione ſeſe vindicauit) vaneque.

Fol.510. Ipſas anguſtias conſtipatis intra *velati*) velut. L

Fol. 524. Carthaginenſium verò duces ' modò cæſos) non. L

Fol. 540. Athenienſibus ire *ouiam* properant) obuiam. L

Fol.549. Ita vti inſſerat *pomgam* eduxit) pompam. L

Fol.553. Marcus Fabius Silanus, & Lucius Valerius *Publiui*) Potitus. L

Fol.559. Re verò ipſa *Zerſi* per eorum reſtitutionem) Xerſi.

Lib.12. fol.686. Cæterum Athenis *Meton* Panſaniæ filius) Aelian. hiſt.X.cap 7. Lacedæmonium facit.

Fol.708. Et Proculum Verginium *Triceſimum*) Tricoſtum.

Fol.837.) In fine libri XIII. deſunt quinquaginta paginæ maioris folij, & totus liber XIV.& XV. qui extant græcè, & latinè.

Lib.16, fol.939. Romæ Conſulibus M. Valerio, & A. Cornelio Olympias decima *ſeptima* ſupra centeſimam inita) <

Lib.17.fol. 1127.) In fine libri XVII. liber XVIII deeſt, qui latinè, & græcè excuſus extat vnà cum XIX. & XX. vnà cum aliquot fragmentis aliorum.

Obſeruationes, &c. In Pedacium Dioſcoridem, & Commentarios Petri Andreæ Matthioli.

Editio Veneta ex Officina Valgriſiana. 1565.

In Librum I.

Cap.13. Coment. Meliſſophyllum (lego Myriophyllum) Cerithen.) Si Meliſſophyllum ab apibus maximè expetitam, in Myriophyllum corrumpis: quid ſentient de te ſani omnes? L

Candido folium *cutaneum* oblongum) δερματώδης coriaceum fortè melius. L

Cap.27. Com. Folia ex vino lumborum dolori illinuntur.) Theoph.6. de cauſ. cap. 15. odoratam Hellenij totam plantam cum Serpyllo, & Syſimbrio enumerat, quorum flores minus odorati ſunt. L

Cap.73. Siuè ille eſt cœli ſudor, ſinè quædam ſiderum ſaliua) Ariſtotelis, vt video, non ſunt tibi admodum trita manibus ſcripta, alioquin æquum erat ex hiſt. animal. lib.5. cap.22. mellis hiſtoriam veram referre. Tu locum vide diligenter. Nàm non eſt nouum inuentum manna; ſed natura ſemper ex aëre tulit. L

Sed etiam ab arboribus, fraxino, ſcilicet, & *Orneogloſſo*) Orneogloſſum pro orno vndè hauſerie, non video. L

Cap.74. Com. Sed quod id morbi magis pino eueniat) At non morbus δᾴς, aut δᾳδίον eſt; ſed fax, facula, vel teda; ideſt, pinguis ligni materia ad flammam facilè accipiendam, & retinendam apta; quarè inſcitiæ arguendus hic audax cenſor, qui non niſi morbum putauit in huiuſmodi plantis eſſe. L

Cap.75. Folijs vtraque eft myrto æmulis, octo ex vno pediculo prodeuntibus) Quod hic octo fcripfit, id perpetuum non eft; nàm interdùm decem; fed pauciora frequentiùs videntur, nec pari femper numero; fed impari fæpè, & non vtrinque refpondentia; fed folitaria exire contingit. L

Cap.114. Quàm nos in Tufcia vulgari idiomate vocamus Silio) Facilè videtur confutari poffe Euonymi plantam non effe italicum Silium; primum ex loco particulari affignato illi à Theoph. ac Plinio, deindè ex femine, quod granum appellat Plinius quadrangula figura; In Silio verò ouatum eft, ferè rotundum. Quarè verifimile eft, Silium eam effe plantam, quam Mollififer Virgilius vocat à mollitia ligni, ex quo fufi fiunt molliffimi; & alioqui nomen latinum pœnè recentum eft apud Tufcos, & vulgaris planta eft; fepibus cum liguftro, & virga fanguinea, & rubis frequentiffima vbique, & præferrim in humidis, & opacis tractibus. L

Cap.133. Com. Fructus illi funt oblongi) Falfiffimum afferit. Sunt enim orbicularorum malorum forma.

Cap.137. Com. Proxima ijs, quæ in Iberia, & Hifpania proueniunt) Iberica pruna, quæ fint hodiè apud nos, non erit puto difficilè definire, fi fimul eorum nomenclaturam cum propria eorum natura coniungemus. Quarè quæ pruna catelana vocantur, quæ alba, fiuè flauentia funt, oblonga, dulciffima, nihilque prorfus adftringentis qualitatis referentia, ea Iberica effe certò affirmare poffumus, nam & nomen retinent ab ea Hifpaniæ parte, quæ nobis, ideft, Italiæ proprior eft, & vires, facultatefque eas obtinere videntur, quæ à Galeno, & cæteris eis tribuuntur. L

Columella tamen tuberum nufquam, quod legerim, meminit) Non legifti lib.11. cap.2. ideft, in villici officio. Surculi, qui primi florent ftatim circa id inferendi funt; vt ceraforum, tuberum, amygdalarum, perficorumque. Et eod. lib. & cap. propè finem. Poffunt etiam ijs diebus cerafi, & tuberes, & armoniacæ, atque amygdalæ, ceteræque arbores, quæ primæ florent, inferi commodè. L

Quo fit, vt fufpicandum fit, Plinij Codicem hoc in loco deprauatum effe) Nihil, puto, minùs, quàm Plinij Codicem deprauatum; fed tu quod nefcis, nè nefcire videaris, confundis diuerfa pomorum genera, quæ fortafsè alius ingenio pollens, & minùs audens inueniet, & difcernet clariùs, & religiofiùs. L.

Galeno ferica non aliud defignare, quàm Zizipha) Si ferica Galeni Zizipha Plinij funt, quod fortafsè fieri poteft; Tuberes certè non funt Zizipha, nec effe poffunt vllo modo ex Plin. Colum. & Pall. L.

Cap.146 Quin & ex ijs facilè dixerim Columellam erraffe) Vanè, & temerè dicis. L

Tunc præcox bifera defcendit ab arbore ficus, &c.) Si addidiffes bona fide duo carmina, quæ aftutè omififti, patefeciffes infcitiam dicam, an temeritatem, & vanitatem tuam? L

In Librum Secundum.

Cap.4. Comm. In conchis quaternos, aut ad fummum quinos vniones reperiri Plinius fcriptum reliquit.) Metuifti nè mendacij arguereris; ideo locum non indicafti; nàm Plinius lib.9. cap.35. ita fcripfit. Vidimus in quibufdam conchis quaternos, quinofque extremis etiam marginibus ex eis veluti exeuntes. L

Cap.25. Bufo) Cur non potiùs rana rubeta, quæ Latinis Scriptoribus cognita, & venenatorum in genere numerata? Bufo quod animal fit præter Seruium nemo, quod fciam, indicauit. Mirumque certè videtur obuium alioquin paffim animal nunquam eo nomine à quoquam appellatum. Et eft planè parum verifimile, animal humore, & opacitate maximè gaudens ab areis arceri præcipi, quæ in ijs locis parari confueuerunt, vbi & foles, & venti maximè dominantur. L

Cap.64. Ex omni lacte fit, quod fchifton, ideft, fciffile appellant) Hæc verba non funt Diofcoridis. L

Lac autem fictili nouo feruet) Lac autem omne fecernitur in nouo fictili feruens. L

Serefcens liquidum ab eo diuiditur, quod in cafeum concreuit) Serum à cafeofa parte fecernitur. L

Conueniet fpongia ex frigida *continuo* fictilis labrum detergere) continenter. L

Vt oftendimus fchiftum præbeat) Ideft, ferum à pingui, & cafeofa parte feparatum.

Cap.66. Com. Quod in græco Codice manufcripto non φυσητικόν, hoc eft, inflationem pariens; fed φυσικόν legitur) Vt facilè ineptias tuas prodis; quid enim fignificabit Τὸ φυσικὸν στόμαχον, καὶ ὀστέον, nemo certè, opinor, explicabit. Sed non eft in fine quoque capitis 63. ideft, antequam ad ferum explicandum perueniat, expreffum fatis lac omne ἀφυσητικὸν fieri, fi femel decoctum fuerit? Quid poterit tibi ad veritatem fententiæ adfequendam fatis effe, fi quæ funt planiffimè explicata, in ijs offendis, & laberis tam ineptè. L

Cap.128. Com. Omnia tàm cucumerorum, quàm melopeponum genera pepona nominat) Non video vbi Galenus id fcribat; video verò vbi aliter fcribat. L

Quod Latinis cucumis appellatur) At cucumis Latinis nomen eft plures fpecies cõtinens, vt apud Græcos σίκυος. L. Extat copiofiffima, & eruditiffima epiftola ipfius Latinij excufa in primo tomo epiftolarum de huiufmodi nominibus apud Galenum. Dom. Macer.

Hetrufcis verò *Citrulus* omnibus notiffimus) Citriolus, vel Cetruolo. L

Nec

Nec ex alijs Veteribus hactenus quemquam reperi, qui' cucumis) qualis sit. L

Hyemem odere omnes, & frigora; die sexto vel septimo à satione prodeunt.) Mirum videri potest meritò, cur post editiones, additionesque à Matthiolo factas, historiam Melopeponis à Plinio lib. 19. cap. 5. descriptam, vt fructus tùm primùm visi, praetermissam fuisse, quod summae vel negligentiae, vel dementiae adscribendum planè videtur. L

Nàm vtrisque, cum vltimam senserint maturitatē, id supremae carnis vnà cum seminibus in medium fructus concidit) Et hoc falsissimum est: cum melopepones tantùm inanis ventris (vt ità dicam) id pati soleant; alij autem prorsus solidi semina in extrema parte sui circa centrum ventris omninò coniuncta reliquae carni habeant, veluti fauis quibusdam condita, semperque haerentia corpori, nunquam abscedentia. L.

Inclinat tamen animus ad credendum per melopepones Galenum nostrates melones intellexisse) Don Garzia Del Horto medicus lusitanus in libello simplicium aromatum, & aliarum rerum lib. 2. cap. 20. descripsit melonem indianum, qui Battiche apud eos vocatur, ità proprijs notis distinctum, & qualitatibus praeditum; vt si ita Galeno, ac prius Dioscoridi cognitus fuisset, non tàm diù in tenebris veritas latuisset. Quod enim inter peponem, melopeponem, & cucumim discrimen verum fuisset, statim ob oculos omnium posuissent. Vnde quiuis facilè intelligere potuisset tria genera distincta fructuum apud Galenum, Peponis, qui Etruscis, & Romanis Cocomero, Insubribus Anguria dicitur: Melopeponis, qui Romanis Melone, Etruscis Pepone, & Cucumeris, qui tàm Etruscis, quàm Romanis cedriolo dicitur: Horum trium fructuum species, idest, πέπων, μηλοπέπων, σίκυς, & σικύα dicitur; tribus diuersis capitibus Galenus 2. de Alimentis historiam satis planam ille quidem, vt mihi videtur, tradidit, multis verò valdè obscuratam; itaut duas tantùm species Galeno cognitas asserant; σικύα enim volunt immaturi adhuc sub eo nomine contineri fructum, πέπονα verò nomen ad eundem fructum maturitatem adeptum omninò pertinere; quod absurdissimum, falsissimumque esse iàm dudum ostendi in meis epistolis ad Mercurialem datis. L.

Cap 145. Com. Cepa *Ascalonica*) Ascalonia. L.

Cap. 154. Com. Piper Indicum) Piperis historiā lege nuperrimè à Garzia del Horto, medico lusitano lib. 1. cap. 22. aromatum historiae. Alibi enim & nigri similes per omnia plantas esse, discrimen id vnum tamen habere, quod hae semper albas, alterae semper nigrum ferant, quemadmodum inter vites, altae albas, aliae verò semper nigras vuas, cum maturuerint, gignunt: longum verò dissimilem prorsus plantam ferre, & omne piperis genus maturum colligi. L.

In Librum III.

Cap. 4. Cum graeci sermonis non admodùm peritus deprehendatur cum aristolochiae nomen dedisse grauidas tradat.) Nimis praeceps sententia. Quid est enim menses partus, & omnia vuluarum onera eijcere, quàm grauidis in pariendo expeti ea de causa, vt parientibus opem ferat? Graeci sermonis ignarum Plinium insimulare nihil est aliud, quàm summos eius temporis viros doctissimos ex nostra imbecillitate metiri. L.

Cap. 34. Com. Deceptus quod Graecis lens phacos appelletur) Maxima ignorantia cum temeritate coniuncta. L.

Cap. 35. Com. Et si Plinius non sinè errore lib. 20. c. 14. planè contrarium scriptis tradiderit) Quàm ineptus es, & praeceps in alijs damnandis. Lege Hippoc. lib. 2. de diaeta, & Arist. probl. sect. 20. cap. 2. & tunc demum inscitiam tuam fatebere, & Plinio gratiam habebis, qui te docet quae vera sunt. L.

Cap. 36. Com Corrupto tamen nomine vulgò appellant *Nipotella*) Nepitella à plerisque Tuscis. L.

Cap 66. Com. Verum quispiam, cui fortè haec nostra sententia minus arrideat, obtrudet nobis semen) Quod nobis notum est in semine, retinendum omninò videtur; de radice, quod traditum est in hipposelino, nihil affirmandum; cum atrum olus latinis à radicis colore dictum sit; smyrnium autem non hoc tantùm de quo praesenti capite agitur; sed etiam hipposelinum ipsum à multis vocatur. Quare & maceto vulgaris smyrnium est, & non hoc tamen, quod semen rotundum brassicae simile; sed alterum smyrnium, quod propriè hipposelinum appellatur, existimamus. L.

Cap. 135. Com. Sed equidem vereor, nè & ipse in errore versetur) Vide hominis stupiditatem, nihil vult (vt certè par est) inter hemionium, & hemioniten discriminis esse; & tamen Plinium errasse putat, quod asplenum etiam hemionium ab alijs appellatum scripsit, cum Dioscorides quoque superiori capite idem scripserit. L.

Cap 137. Rami dodrantales fruticosi) Apud nos poenè bipedales omnes, aliqui etiam altiores L.

In Librum 4.

Cap. 38. Com. Est itaque eufragia tenuis planta) euphrasia fortè, idest, εὐφρασία, quod gaudium pariat. Figura verò plantae huius, vt ferri potest, quod attinet ad foliorum, & flosculorum faciem; ita iure damnari debet, ac pro adulterina, & notha haberi quoad integram formā plantę. Est enim vnicaulis omninò, ita vt à radice prodiens, nec vnquam in ramos, aut surculos diuiditur; nec quae in frigidis, siccisque montibus nascitur (ea enim optima est) supra semi-

ſemipedem aſſurgit; in pingui verò ſolo etiam pedem altitudine ſuperat; quæ tamen virtute multo debilior eſt, & efficax. L.

Cap. 138. Com. In quibus meo iudicio lapſus deprehenditur ipſe Plinius) Te iudice multi labuntur; multis autem iudicibus tu vnus maximè, ſæpiſſimeque laberis. Quid mirum ſi frutici, & frondibus concolor ſemen quoque ſit? Quod omiſit Dioſcorides ex alio Plinius addidit, vt diligentior; nàm Dioſcoridem non vidit. L.

Huius plantæ ſemen, *quæ* folijs reddidit Dioſcorides) quas. L.

Cap. 158. In margine. Ideſt grana tria numero) Error, & lapſus facilis à numerorum notis nam ſi λ. inuertas fiet γ. Prior nota triginta, poſterior tres tantum ſignificat. L.

Cap. 182. Figura cnici) Paulò peius effingi, aut referri potuit hæc planta; cum vera caulem vnicum, rectum, ac propè cacumen ramoſum proferat, vt vulgò videmus, & fatetur Matthiolus. L.

In Librum Quintum.

Cap. 11. Quod fit è vino vetere, & auſtero, & melle *exiguo*) Orib. Coll. 5. cap. 25. videtur legiſſe δοκίμου, non ὀλίγου; nàm Interpres habet Probati, non Exigui, alioquin ſibi contrarius eſſet Dioſcorides, *vt* capite ſequenti vides in modo, & quantitate mixtionis. Hic autem de qualitate vini, atque mellis agit, quarè videtur idem omninò hic ſcripſiſſe, quod initio proximi capitis vbi καλοῦ habet, ideſt boni. L.

Cap. 69. Hactenus inuenitur) Καὶ τοσοῦτον ἐστίν. Et tantæ quantitatis eſt L.

Comm. Cæterum videtur hac in re manifeſtè erraſſe Plinius) Ad alios arguendos nimium præceps. L.

Cap. 87 Etiam ſi nome inteſtina corripit) Iis, quorum inteſtina vlcus paſcitur. Ita legendum. nàm hac Plinianæ lectionis mēda (vt ego ſentio) multi in fraudem impellentur; Cum alioqui Plinius Dioſcoridis locum non verterit, quippè ab eo nunquam viſum, aut auditum. Cautiùs conſuluit ſibi Marcellus non medicus, quàm tu te tibi medicorum ſapientiſſime. Vide verò omnes in dyſenteriæ curatione, qui tunc demum muriam infundendam præcipiunt, cum vlcus, & cancer inteſtina depaſcitur. L.

Cap. 89. Aut ſi bupreſtis momorderit.) Bupreſtis paſta. Plin. L.

Iiſque qui cibum non ſentiunt) Ἀτροφοῦσι ex Plin. Qui non nutriuntur. L.

Cap. 89. Com. Aphrolitrum ab aphronitro differt.) Nitrum, aphronitrum, flos nitri, & ſpuma nitri quatuor ſpecies diuerſæ tàm Plinio quàm Galeno; licet hodie ſolo nomine notæ. L.

SECVNDI TOMI FINIS.



ERRORES TYPOGRAPHICI ALIQVOT ALIAS CORRIGENDI IN PRIMO TOMO.

Pag. 38. col. 1. lin. 26.) opere - lege -) Doctrinæ opere. Ibid. col. 2. lin. 27. dispoliet - lege - despoliet. Pag. 42. col. 1. lin. 16. *sementiua* - lege - *sementiua*. Ibid lin. 17. sementinam - lege - sementiuam. Pag. 43. col. 1. lin. 47. complacuerat - lege - complacuerat. Pag. 44. col. 1. lin. 11. *quarans* - lege - *quarunt*. Ibid. col. 2. lin. 26. quis intelligat - lege - quis v intelligat. Pag. 45. col. 1. lin. 5. nata principia - lege - non nata principia. Ibid. col. 2. lin. 3. *id* Abraham - lege - *id* id Abraham. Pag. 46. col. 1. lin. 14. & *dignitatis* - lege - & *dignitatis*. Pag. 50. col. 5. lampadam - lege - *lampadam*. Ibid. lin. 43. < < P - lege - < P. Pag. 52. col. 2. lin. 21. tibi *Dominus* - lege - tibi *sis Dominus*. Ibid.) Domine - lege -) < P. Domine. Pag. 60. col. 1. lin. 12.) Dei - lege -) Dei. P. Ibid. col. 2. lin. 6.) inuaserit - lege -) fortè inuaserit. Pag. 61. col. 2. lin. 45. eis - lege - eius. Pag. 63. col. 1. lin. 53. Hunc - lege - Nunc. Pag. 64. col. 2. lin. 59. id ipsum - lege - v id ipsum. Pag. 72. col. 2. lin. 47. poterent - lege - poterant. Pag. 76. col. 2. lin. 17. Per ineffabilem & ad vnitatem - lege - Per ineffabilem, & *intelligibilem* ad vnitatem. Pag. 80. col. 2. lin. 14. Phœbabius - lege - Phœbadius. Pag. 96. col. 2. lin. 8. fugante - lege - fugente. Pag. 97. col. 1. lin. 13.) ᔕ: ijs - lege -) ᔕ: ijs, nel his. Ibid. lin. 31. forma - lege - forma. Ibid. lin. 56. ingressi - lege - ingressi. Ibid. col. 2. lin. 52. quid - lege - *quid*. Pag. 105. col. 2. lin. 58. 3eris - lege - veri. Pag. 106. col. 1. lin. 47. sensisset - lege - sensisses. Pag. 107. col. 1. lin. 14. legibus - lege - legi bus. Pag. 110. col. 1. lin. 45. fit - lege - fit. Ibid. lin. 49. interuallum - lege - interuallum. Pag. 114. col. 1. lin. 16. ipse - lege - ipsa. Pag. 124. col. 1. lin. 21. striatis - lege - strtatis. Pag. 125. col. 2. lin. 6. Instrationibus - lege - *instrationibus*. Pag. 129. in tit. De diuersis - lege - De Diuinis. Pag. 137. col. 1. lin. 52. ser. 65) - lege - ser. 65. Ibid. col. 2. lin. 25. sermo - lege - sermo. Ibid. lin. 40. dedederis - lege - dederit. Pag. 139. col. 1. lin. 29. mensuram - lege - mensuram. Pag. 140. col. 2. lin. 13. erant - lege - erant. Ibid. lin. 14. vtrauctor - lege - vt auctor; Pag. 142. col. 2. lin. 57. manifestum - lege - manifestatum est. Pag. 147. col. 1. lin. 44. coepistis - lege - cœpistis. Pag. 148. col. 1. lin. 49. locandum - lege - locandam. Pag. 150. col. 1. lin. 53. *Viliterna*) Veliternæ - lege - *Bletanæ*) Bletanæ. Addendum in sequenti linea. Ioannes Episcopus *Viliterna*) Veliternæ. L. Pag. 150. col. 2. lin. 1. perspeximus) - lege - perspeximus v) Pag. 151. col. 1. lin. 12. eius communicaret - lege - eius) communicaret. Ibid. lin. 60. Cap. 64. - lege - Cap. 164. Ibid. col. 2. lin. 21. assiduè - lege - assiduè. Pag. 152. col. 1. lin. 27. Allàs à - lege - Alias à. Pag. 153. col. 1. lin. 1. ba - lege - ab. Ibid. lin. 11. polyptichis - lege - polyptychis. Ibid. col. 2. lin. 53. Magistrum - lege - Magistro. Pag. 154. col. 1. lin. 33.) institia - lege) initiis. Ibid. col. 2. lin. 46. *Episcope* - lege - Episcopo. Pag. 156. col. 1. lin. 15. fuit - lege - fuit. Pag. 157. col. 1. lin. 13. *Surtonen* - lege - *Suessionen*. Pag. 165. col. 2. lin. 49. Di, can. - lege Die, an. Pag. 167. col. 2. lin. 38. ; vbique - lege - vbique; Ibid. lin. 41. Eculeos - lege - Equuleos. Pag. 168. col. 2. lin. 61. verum - lege - Verum. Pag. 169. col. 1. lin. 7. Iulianus - lege - Iuliano. Ibid. lin. 37. Decium - lege - Decium. Pag. 170. col. 1. lin. 14. Antonios - lege - Antoninus. Ibid. col. 2. lin. 1; 25. *b.* - lege - 25. *b.*) Pag. 171. col. 2. lin. 15. stylum - lege - Stylum. Ibid. lin. 35. consultis - lege - consultis. Pag. 174. col. 2. lin. 42. attendentes - lege - ascendentes. Pag. 176. col. 1. lin. 44. Quorum - lege -) Quorum. Pag. 177. col. 1. lin. 23. indicaret - lege - indicarat. Pag. 178. col. 1. lin. 29. excusserit - lege - excusserit. Ibid. lin. 54. vngula - lege - vngula; Pag. 180. col. 1. lin. 9. exret - lege - exiat. Pag. 181. col. 1. lin. 10. ant - lege - aut. Ibid. col. 1. lin. 16. im - lege - in. Ibid. col. 2. lin. 10. Amas - lege - Amasex. Pag. 185. col. 2. lin. 46. *viginta duos* - lege - *triginta duos*. Pag. 189. col. 1. lin. 2. mysiadas - lege - myriades. Pag. 190. col. 1. lin. 25. 283.) 383. - lege 284.) 364. Pag. 198. col. 1. lin. 8. fine - lege - fine. Ibid. lin. 13. alier - lege - aliter. Pag. 199. col. 2. lin. 8. Sarrocinio - lege - latrocinio. Pag. 200. col. 1. lin. 15. næ - lege - nè. Pag. 202. col. 1. lin. 27. actum) L. - lege - actum. L. Pag. 204. col. 1. lin. 2. existimationem - lege *existimationem*) æstimationem. Ibid. lin. 45. offenderant - lege offenderent. Ibid. col. 2 lin. 28. restringit - lege - *restringit*. Pag. 205. col. 2. lin. 57. Pontifici - lege Pontifici Maximo. Pag. 206. col. 1. lin. 60. Indignum, & - lege - Indignum Deo, &. Ibid. col. 2. lin. 38. properamne - lege - properamus) Pag. 207. col. 1. lin. 9 tabernacula - lege - *tabernacula*. Ibid. col. 2. lin. 20. isti - lege - iste. Ibid. col. 2. lin. 60. post - lege - *post*. Pag. 208. col. 1. lin. 50. n. 175. - lege - n. 175)

In Tomo Secundo.

Pag. 1. col. 1. lin. 1. *factum* - lege - *factum*. Pag. 5. col. 2. lin. 38.) *audias* - lege -) *audias*). Pag. 6. col. 2. lin. 48. Frag. b. - lege - Frag. 6. Pag. 11. col. 1. lin. 16. conferte - lege - confertè. Ibid. lin. 50. pezlio - lege - prælio. Ibid. col. 2. lin. 27. Fol. 71. - lege - Fol. 81. Pag. 13. col. 1. lin. 7. Carteiorum - lege - *Carteiorum*. Ibid. lin. 57. in ter - lege - inter. Pag. 14. col. 1. lin. 55. statio - lege - Statio. Ibid. lin. 57. iuuentis - lege - iuuentis. Pag. 15. col. 1. lin. 61. At ve - lege -) At ve -. Pag. 16. col. 2. lin. 58. exemplò - lege - extemplò. Pag. 17. col. 1. lin. 52. *deditamque* - lege - deditamque. Ibid. col. 2. lin. 20. augurare - lege - inaugurare. Pag. 18. col. 1. lin. 14. Perseterent. lege - *Perseferent*. Ibid. lin. 33. idem lege - iisdem. Ibid. lin. 36. eis idem - lege - iisdem. Ibid. col. 2. lin. 24. magno - lege - Mago. Pag. 19. col. 1. lin. 29. *compete* - lege *competem*. Ibid. lin. 43. inhibata - lege. inhibita. Ibid. col. 2. lin. 12. salutis lege - salutis. Ibid. lin. 61. eppetuerunt - lege - appatuerunt. Pag. 21. col. 2. lin. 39. perrumbebant. lege. perrumpebant. Ibid. lin. 48. abhibitis) Frequentibus. lege. adhibitis) Frequentibus. Ibid. lin. 58. milites. lege, milites. Pag. 22. col. 1. lin. 34. colunt, in. lege. incolitur. Ibid. col. 2. lin. 10. saxulisque. lege, sarculisque. Pag. 23. col. 2. post lin. 26. Addendum Summæ se iniquitatis v condemnari debere) dixit. M. S. Ibid. lin. 45. Valerianus. lege. Valerianus. Pag. 25. col. 1. lin. 51. profectus. B. lege. profectus. F. Pag. 26. col. 2. lin. 33. reliquis. lege. reliquis. Pag. 29. col. 1. lin. 27. coniunget. lege. consequunt. Ibid. col. 2. lin. 23 fit. lege. fit. Pag. 33. col. 1. lin. 27. lib. 3. v) lege lib 3. v 8) Ibid. lin. 45. potest ex; *sed* vt idem Liuius. lege. potest ex. Postea lege a capite, Sed vt &c. Ibid. col. 2. lin. 52. vegeret. lege. ergeret. Pag. 34. col. 1. lin. 13. ij. lege v. Pag. 36. col. 1. lin. 9. lib. 1. An postea. lege lib. 8. Annal. Postea. Pag. 37. col. 1. lin. 14. cohortn. lege. coortæ. Ibid. lin. 21. adaersus. lege. aduersas. Ibid. lin. 39. de infernis, lege. & de infernis. Ibid. col. 2. lin. 45. Decomana. lege. Decumana. Pag. 38. col. 1. lin. 19. num. 6. lege. num. 9. Pag. 42. col. 2. lin. 15. ; ibi enim, lege.) Ibi enim. Pag. 44. col. 1. lin. 54. Magno. lege, Mango. Pag. 45. col. 1. lin. 50. iniustis, lege. inustis. Ibid. col. 2. lin. 52. veteram lege vetteram. Pag. 46. col. 1. lin. 51. libros *maxime*. lege. libros, quos eum *maxime*. Pag. 47. col. 2. lin. 26. in quo. lege. in quod. Pag. 49. col. 1 lin 57. Tiberio. lege. Liberio. Pag. 50. col. 1. lin. 45. fertilem. lege. fartilem. Pag. 51. col. 1. lin. 22. periculoforum. lege. peculiorum. Pag. 52. col. 2. lin. 8. vice mutauit. lege. vicem mutauit. Pag. 58. col. 2. lin. 34. pellere. lege. pallere. Ibid. lin. 54. *fiue* est. lege. *fiuè est*. Pag. 60. col. 1. lin. 16. Antiochi. lege. Anthiochi. Pag. 63. col. 1. lin. 18. carmen. lege. carmen. Ibid. lin. 54. *Ardent* è. lege. *Ardent* è. Ibid. col. 2. lin. 57. maritos, lege. marito. Pag. 64. col. 1. lin. 9. Gratius. lege. Gratius. Ibid. lin. 52. Teuerus. lege. Teuerus. Ibid. col. 2. lin. 30. Discere si cupias doctai - lege. *Discere* si cupias doctus. Ibid. lin 40. paternam. lege. *paternam* pag. 65. col. 1. lin. 16. coquit sanguinem. lege. coquit, Postea lege [illegible]. Sanguinem. Pag. 66. col. 1. lin. 15. *murenam*. lege. *mura nam*. Ibid. lin. 19. Quem. lege. Quem. Pag. 68. col. [illegible] lin. 6. sextatorios. lege. sextarios. Ibid. lin. 47. sicilici ᔕ. lege. Sicilici ς. Pag. 71. col. 1. lin. 34. colore lege. colore. Pag. 73 col. 1. lin. 13. arumo. lege. Aruma. Ibid. col. 2. lin. 24. obtrudre, lege. obtrudere, ibid. lin. 39. PSAL. lege. PAL. Pag. 74. col. 1. lin. 48. aut. lege. at. Pag. 78. col. 1. lin. 54. Aubi. lege. albi.